TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1212_I

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Madrisio
P. Gianfrancesco
Opere
Autografe
I

1212

In Universam Philosophiam
Proœmium.

A

Philosophiam, navi magnam, aggredimur. Et quidem prima facie adeo terret exilitatem ingenij, ut mens magna verum nobe ... elare si meis

In Universam Philosophiam.

Fragmenta ex manibus P. Jo. Francisci Madrisij
Orat. Utin.

1

sapientiæ significat, tali intentione ... naturarum contemplatione sistamus, sed maiorem Dei nostri cognitionem, et hac mediante ad maiorem amorem ascendamus. Amor sapientiæ parit amorem Dei sapientiæ, quæ de suis amantibus dicit: Ego diligentes me diligo.

Universalis Philosophiæ Censura Præambula

Antequam ~~[illegible]~~ ad aliquid peculiare descendamus, non pro renovo cuiquam quædam praemittere ad animi eruditionem, quæ de Philosophia habentur,

1

In Universam Philosophiam
Proemium.

Philosophiam, navi magnam aggredimur. Et quidem prima facie adeo terret exilitatem ingenij, ut mens magna rerum mole perculsa, [illegible] facultatibus [illegible] desperet [illegible]. Fateor plane, si meis tantum nixus viribus, et studio nimium talentorum meorum rationi confisus, [illegible] darem huic operi manum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Sed quantum in virtute mea paucitate non invenio tantum de divinae sapientiae largitate mihi promitto. Eius erit opus benigno numine patrocinari, quae inspiravit et aggredi. Maiorem [illegible] gloriam quaerere ille dedit, ut ad maiorem sui gloriam perveniat, ille faciet. Et spero quidem facturum. Etenim non ipsi displicet in operibus manuum suarum versari mens hominum, et rerum creatarum investigationem non vetat, suadet. Et homini sublime dedit, et in sublimitate originis suae illius amorem cognitionis non tantum inferiorum, verum superiorum, imo ipsius divinitatis, praesignavit. Tradidit mundum hominum disputationi, et quamvis in rerum veritate [illegible] perquideat varo imperfectior, non dedignatur tamen, ut in studio veritatis immorentur, et si non omnia inveniant, ipsi tamen hoc rationabile donum perficiant, ut ipsum perquirant. Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, et scalam ascensionis mentis ad divina disposuit inter gradus creaturarum. Adeo ut homo per tot rerum mirabilem harmoniam in cognitionem supremi numinis nisi lumini sit [illegible], facile deveniat. Philosophiam igitur, quae amorem studiumve sapientiae significat, tali intentione tractemus, ut non in otiosa intelligentia naturarum contemplatione sistamus, sed maiorem Dei nostri cognitionem, et hac mediante ad maiorem amorem ascendamus. Amor sapientiae pariet amorem illius sapientiae, quae de suis amantibus dicit: Ego diligentes me diligo.

Universalis Philosophiae Censura Praeambula

Antequam [illegible] ad aliquid peculiare descendamus, non frustra[illegible] circa quaedam praemittere ad animi eruditionem, quae de Philosophia

habentes,

habentur, et quia brevitati studemus, ad maioris momenti quæstiones con-
tentendimenta, historicè potius quam Logicè hæc à probatis scriptoribus hausta
medullatim proponimus.

Quam nos nunc dicimus Philosophiam, varia olim nomina sor-
tita fuit, magis tamen eius proprietatem, et dignitatem explicantia quàm
eius naturam. Mors corporis vita animi à Platonicis, ab alijs animi medici-
na, similitudo hominis ad Deo, appellata fuit. Quare autem hoc nomen
addidicit, Philosophia obtinuerit liquet in Pithagoræ responsione. Is cum
interrogaret à Leontio Rege num sapiens esset, respondit se non esse sa-
pientem, sed Philosophum. idest. Sapientiæ studiosum. Quod nomen alijs superbius ita posteris
placuit, ut quantumlibet de rebus ad sapientiam pertinentibus quis-
que vel sibi, vel alijs videretur excellere, non nisi Philosophus vocaretur.

Hæc igitur philosophia à veteribus definita rerum humanarum et
divinarum causarumque quibus hæ res continentur scientia, infusa fuit Ada-
mo à Deo, quæ processu temporis ingravescente corruptione generis hu-
mani innumeris obnubilata erroribus, sicuti primo ætas iuventutis, nunc
ætas senectutis iure appellantur. Quis autem inventionis se iactant au-
thores Græci, qui de facto multum illi priori honoris suo studio, et la-
bore contulerunt. Thales, Pithagoras, Aristoteles, et innumeri alij Philo-
sophiæ decus, et ornamentum perverso nomine in orbem usque in posteros ora pervenerunt.
Ægyptij eundem sibi vendicant honorem, et non immerito: nam Thales
et Pithagoras Græcorum primi Philosophi ætate Regum sequuntur, de
quo habemus quod in omni sua Ægyptiorum instructus fuerit. Et quia
liquet Ægyptios praeivisse Græcos studio sapientiæ. Hos pro varietate re-
gionum varia nomina habuisse comperimus. Persæ, et Assyrij Magos, Ægy-
ptij Sacerdotes, Indi Gimnosophistas, Galli Druidas, Græci Sapientes, quos
Latini Philosophos, idest amantes sapientiæ appellaverunt. Et quia Philo-
sophi de veritate inquirenda profitentur, ad diversarum sententiarum

numerum

numerum, sunt circa ipsius veritatis indagatione, varia itidem nomina praecipue in Graecia, ubi maxime culta fuit sapientia, sortiti sunt. Qui invenisse veritatem iactitant Dogmatici, qui non invenisse, sed posse inveniri existimant, Sceptici (iidem sunt cum Academicis a Platone, aut potius ut alijs placet, a Socrate illius sectae inventore, postea Pyrrhonei a Pyrrhone Scepticorum sententiae autore) qui veritatem tandem inveniri desperant Acataleptici, sive novi Academici dicti sunt. Academici nomen [illegible] Academi loco a Gymnasio Athenis ad mille passus distante duxerunt. Academi locus erat, a Platonis ortu, a discipulorum frequentia insignitus. Hi [illegible] se numquam posse scire, nihil oportere affirmare, vel negare dicebant. Quae sententia ad haec usque tempora non sine suis ~~[illegible]~~ sectatoribus est [illegible] superstes. Sceptici cum Acatalepticis conveniebant, fatentes se nescire discriminare verum a falso; Nihilo tamen minus dicebant in veritatis indagatione esse sistendum. Dogmatici multa comprehendere, et plura ex ipsis pene omnia scire arbitrati sunt. Ne quid nimis. Hinc Dogmatici in sectas varias partiti sunt. Peripatetici Aristotile Principe sic dicti sunt quod deambulando philosopharentur. Stoici authore Zenone sic appellabantur a Poecile Portico celeberrima Athenarum ex eo quia ibi disputarent. Tandem Epicurei ab Epicuro, et aliae philosophorum sectae e schola Platonis sunt emanatae.

Quomodo autem exorta philosophia iam quasi adultae facta fuerit, paucis verbis innuit Aristoteles cum ait: Propter mirari coeperunt homines philosophari. Ignorantia n. eorum, quae mira in natura videbantur, peperit curiositatem, curiositas ~~[illegible]~~ studium sciendi, et causas effectuum investigandi; studium vero mediorum sive per mentis illationes, sive per experientias, usus tandem mediorum cognitionem eorum, quae quaerebantur, quaerentibus peperit.

Hijs circa corticem Philosophiae pigendum ad medullam saltem leviter attingendam transeamus. Supponamus magis quam contentiose probemus quae dicturi sumus. Non enim hic est locus pugnae cum vel nullus, vel tantum dici qui sit hostis, et cum nondum per Logicam instrumenta parata.

Philosophiam, quam juxta definitionem veterum supra traditam definimus rerum humanarum, et divinarum cognitio per causas, existere contra veteres Acataleptikos, et recentiores Academicos duce omnium pene doctorum asserimus. Quo circa rem sectari in dubium cum probationibus non audeo, satis per se probatam censens esse sapientiam.

Est igitur philosophia, cuius causas antequam aperiamus notandum est quatuor esse causas, nimirum finalem, efficientem, materialem, et formalem. Causa finalis consideratur dupliciter, in fine operantis, et in fine operis. Item finis alius est finis cui, id est in cuius commodum id ipsa cedit, et alius est finis cuius gratia, id est quod intenditur procurandum alicui. Sic finis cui in medicina est homo, in cuius commodum venit medicina, finis cuius gratia est sanitas, quae à medicina intelligitur introducenda in homine. Hinc patet finis philosophi tanquam operantis esse posse diversus pro varietate suarum intentionum. Finis autem cui est ipse homo philosophus, in cuius commodum est Philosophia. Finis operis vel est proximus qui proxime, vel remotus, qui non sic intenditur. Sic finis proximus philosophiae est rerum cognitio, virtutisque operatio, finis remotus est animi naturalis beatitudo, qui etiam est finis cuius gratia, nempe id quod intelligitur à philosophia in homine introducere.

Causam efficientem Philosophiae dicimus esse ipsum Deum, qui Adamo eam infudit, cum in statu illius nobilissimae excellentiae illum creaverit. Adam enim fuit philosophus philosophia infusa, et colligitur ex eo quia rebus creatis nomen imposuit, quod sapientiae, et rerum naturas cognoscentis. Talem cognitionem non à creato magistro accepit cum primus omnium ipse fuerit, non ex se comparavit, quia experientia multum temporis importat, ergo remanet dicendum, quod

à Deo

ipse infusa fuerit. Ergo Deus est causa efficiens philosophiae.

Causa materialis pro nunc est duplex, id est materia in qua, et materia circa quam, illa subiectum, haec obiectum importat. Subiectum aliud est quod, et aliud quo. Subiectum quod est quod immediate recipit aliquid et ab illo quod recipit denominatur. Sic paries est subiectum quod albedinis, et ab ipsa denominatur albus. Subiectum quo est illud quo mediante forma superveniens in subiecto mediato recipitur. Sic superficies parietis est subiectum quo albedinis, per quod paries albus dicitur. In casu nostro subiectum quod est ipse homo, qui recipit mediante intelle-tum ~~recipit~~ philosophiam, et denominatur Philosophus, et sapiens. Subiectum quo est intellectus, sive mens humana, quia est id, quo homo recipit sapientiam, et disciplinas. Quoad obiectum spectat duplex item reperitur. Aliud est obiectum materiale, aliud formale. Materiale est illud quod consideratur, vel circa quod versatur scientia. Formale est ratio, sive modus talis considerationis. Obiectum igitur materiale Philosophiae sunt res omnes, prout patet ex ipsius superius allata definitione, formale est quatenus res ipsae sunt scibiles per causas.

Causam formalem Philosophiae non invenimus, cum ipsa sit forma quaedam, seu qualitas homini, ut sit philosophus, superveniens. Possumus dicere habendum esse pro forma eius decentem ordinemque dogmatum rationumque dispositionem.

Methodum antiquorum Platonicorum et Stoicorum sequentes dividunt Philosophiam tamquam in tres classes Philosophiam. Primam quae disserendi in cognitionem veri, et falsi inducit Dialecticam, quae ad mores componendos ethicam seu moralem, tertiam vero quae de rebus in natura occultis agit Physicam appellant. Per Metaphysicam nihil aliud intelligunt nisi eandem eam naturalis philosophiae physicae dictae, ideo a sensibus longe remotiorem eas-[illegible] ~~[illegible]~~ Deum, primas entis affectiones, quantitatesque considerantem. Haec de Philosophia in communi sint satis.

In Dialecticam

In Dialecticam Summulae

Superatis difficultatibus quibus ad Philosophiam in universum aggredimur illam partem tractandam quam Dialecticam Graeci Latini disputatoriam appellant. Quia vero juvenibus solet brevis impedimento esse, quae fusius in Logica traduntur exemplo maiorum viri prius communi ore quas vocant Summulas in tres partes iuxta tres operationes mentis quas Logica informare intendit dividas. Brevitati studebimus ut et tenus tedium quod res adeo sicca parere solet, et ut rationi nominis consulamus; non enim summulae dicerentur nisi breves essent.

Tres igitur mentis operationes sunt. Prima dicitur apprehensio et contingit quando intellectus concipit aliquid nihil de illo affirmando vel negando. Concipiens e.g. rosam nec dicit Rosa est pulchra nec Rosa non est pulchra. Haec apud Philosophos vocatur simplex apprehensio non quia per ipsam res simpliciter tantum attingamus sed quia eam ipsam adeo simpliciter et nude attingamus ut de ipsa nihil [illegible].

Secunda dicitur judicium et evenit quando apprehensa re simpliciter circa eam intellectus judicat et dicit Rosa est pulchra vel Rosa non est pulchra. Dicitur etiam compositio ex eo quia componit rosam cum pulchritudine et judico quod sit pulchra, judicium [illegible] per modum affirmationis et [illegible] ut in allato exemplo de Rosa seu per particulam est ut aiunt verbum copula [illegible] pulchritudinem per modum negationis et dicitur divisio et [illegible] Rosa non est pulchra dividendo et separando pulchritudinem a Rosa, ut ex se patet.

Tertia dicitur discursus et contingit quando ab aliquo noto transimus ad inferendum aliquid ignotum. In allata Rosa prius apprehensa [illegible] per apprehensionem mentis judicata pulchra ac mens discurrit: Quidquid est pulchrum delectat, Rosa est pulchra, ergo delectat. Ubi [illegible] quod a pulchritudine Rosae per judicium nota infert intellectus delectationem Rosae prius ignotam. Igitur veniamus ad singula.

Summularum

Summularum Pars prima
De spectantibus ad Apprehensionem
Articulus 1us
De Signo, Voce, Nomine, et Verbo.

Solent multi de hac re tractantes exordium ducere a terminis in quibus vere apparet apprehensio. Nos non inutile ducimus aliqua praenotare in praesenti articulo de Verbo, de Nomine, de Voce, de Signo. Terminus n. vel est Verbum aut nomen. Nomen et verbum sunt Vox, Vox est signum. Igitur non male exordimur, si exordimur a signo tanquam a principio.

Signum est id quod facultati cognoscitivae aliud a se repraesentat. Vel ut alii placet, est id quod in alterius rei cognitionem nos ducit. Sic v. g. fumus est signum, quia in notitiam ignis nos ducit. Sic pulsatio campanae est signum, quia non se ipsum, sed v. g. concionem, sacrum, et quid simile repraesentat.

Duplex pro nunc est signum, aliud naturale, aliud ad placitum hominum. Sic risus est naturale signum laetitiae, lacrymae, et suspiria moeroris naturale signum sunt. Ad placitum autem hominum est v. g. pulsatio campanae quae modo aliquid, alio modo aliud juxta institutionem hominum significat. Sic detractio capitis, et inclinatio est signum ad placitum, quia pro placito hominum haec instituta ~~fuerunt~~ sunt ut significent, aliud atque venerationem et submissionem, aliud vero odium et obiter.

Vox est sonus ab ore animali naturalibus instrumentis formatus quae sunt instrumenta vocis habere ex Aristotele lib. 4 de Historia Animalium, videlicet pulmo, arteria, guttur, lingua, palatum, dentes et labia quae [illegible] ad aliquid significandum. Sed forte pro locutione quae multiplex ad [illegible] confundit, omnia haec instrumenta erant necessaria. Mugitus n. Boum, ululatus Luporum, suspiria dolentium sunt quidem voces, attamen ad has instrumentis naturalibus formationem non est opus. Unde merito haec voces dicuntur inarticulatae, aut quae tantum animalibus proveniunt. Quae autem articulatae dicuntur habent quidem omnia ad sui conformationem naturalia, [illegible] instrumenta et haec sunt ~~[illegible]~~ pro locutione de qua ait [illegible] ubi supra. Quibus lo[...]

no 41

4

tiō, is obid est ac quibus esse non is omnibus et locutio est. Ubi
vides animalis rationalis idest homines esse voces articulatas emittere et
nec loqui cætera nec animalia non nisi vociferari.

Dices Psittacus voces articulat ergo non est solius hominis voces articulatas emittere. 2do Angelus Gabriel locutus est Mariæ ergo non
est tantum animalis loqui. Ad contra ad 1um dico quod Psittacus mittat voces articulatas et si imitetur humanas voces emittere [continentes aliquid significandi]. Praeterea
apud homines sunt voces quæ quidem habent significationem
quia talis fuit hominum acceptio, et placitum ideo nec ullius articulatio.
Sed tales sunt voces abundantes vocalibus, nemus habentes de consonantibus
et talis sunt quæ dicuntur a Psittaco. Quæ voces ab Aure audita et
eorum sono fruentes quasi imitant et movent ad similem desinentiam
suæ voces quod ob facilitatem tantum non verum suum si vocem naturalem aliquis Psittacus audiret. [continentem aliquid significatum intendit.] Ad 2um dico Angelos dici improprie quod
loquantur, et non invenies a scripturis Angelos eum locutos fuisse
hominibus intellige metaphorice et non per sonum vocis, ab instrumentis
naturalibus prodeuntis.

Voces igitur articulatæ sunt signa non naturalia sicut voces inarticulatæ gaudii, vel tristitiæ sed ad voluntatem hominum. Homines enim ad
manifestandos animi conceptus convenerunt in nominandis rebus
dependenter ad institutionem verbi quod parvum significat quod
verbum est vocem quia lapis significat quod vox est lapis. Circa
hoc auctoritas evertitur hodie, vel etiam agam in signum vim sensibilis stat a hominum arbitrio quod illa lauris significat vim vinum sensibile
quam nanam quum hodie igitur indicia sunt vocis [illegible] homines
dare [illegible] quale illas significationem neque bene dixeris signa ad placitum.

Notum ex Philosopho Lib. 1o de interpretatione c. 2 quod vox significativa ad placitum sine tempore, cuius nulla pars significativa est separata.
Ad hanc etiam rationes quæ a vocis capite collocantur: Tinita, et vita. Dicis
sine tempore ad exclusionem verbi quod tempus importat. Nec obstat quod

aliqua.

aliqua nomina connotent tempus v.g. annus, dies &c, nam aliud est significare tempus, aliud significare cum tempore; significare vero cum tempore est praeter propriam significationem importare aliquam differentiam temporis sicuti importat Verbum v.g. amo non solum importat amorem sed etiam tempus praesens, quo exerceo hunc amorem. Nec etiam obstant nomina alia videlicet hesternum, crastinum, quae videntur significare differentiam aliquam temporis idest mediani, vespertini nam meridianum, et vespertinum non sunt differentiae temporis quae sunt praeteritum, praesens, et futurum. dices quod saltem haec nomina praeteritum, praesens, futurum significant differentiam temporis. contra: aliud est significare differentiam temporis aliud importare differentiam temporis cum aliqua actione: primum in his nominibus admittimus quia nomen quod significat differentiam temporis est sicut aliud nomen quod aliud a tempore significat. 2dum autem dicimus esse solius verbi quod tempus importat et cum tempore significat. Quod si dicatur iterum saltem admittenda esse haec nomina amaturus, lecturus tamquam importantia differentiam temporis, et cum tempore significantia contra Grammaticos, et dicunt haec non esse nomina sed modi verbi vel qui per relativum qui, quae, quod resolvuntur et dicis Petrus amaturus Petrus qui amabit.

Dicitur finita ad exclusionem nominum infinitorum, quae improprie loquendo ut dicit ibidem Philosophus non sunt nomina. Non homo, non equus non sunt nomen. Dicitur recta ad exclusionem casuum obliquorum qui non nomen sed casus nominis dici possunt. Hinc patet evidenter etiam adverbia non vi ipsa sunt nomen.

Dicitur tandem cuius nulla pars significativa est separata, ad distinctionem orationis, cuius partes sunt significativae etiam separatae et pertinet. Advertas quod si aliquando occurrunt nomina cuius partes videntur significare ut habetur apud Aristotelem l.c. Equiferus, hic ferus et sic in oratione habeat suam significationem non sumunt nisi per partem componentem.

Verbum est

Verbum est ex Aristotele lib. 1. cap. 3 quod consignificat tempus, cuius pars nihil significat separatum, et est semper earum quae de altero praedicantur nota. Ultima particula definitionis, quae non adeo clara est innuit quod verbum semper se tenet ex parte praedicati (Quid sit praedicatum et subiectum dicto sequenti videbimus) sicuti in hac propositione Petrus amat, verbum amat se habet ut terminus praedicati, praedicatur enim amare de Petro, et patet si resolvitur cum copula est dicendo: Petrus est amans. Propositio sic resoluta dicitur de tertio adiacente in qua particula est efficit praedicatum tantummodo. Propositio vero Petrus amat dicitur de 2do adiacente, et in ipsa verbum habet, ut dixi, rationem ipsius praedicati.

Adde etiam huic definitioni quae colliguntur ex eodem capite Philosophi, videlicet, quod sit vox finita, et recta. Non amo non est verbum sed verbum infinitum sicuti dictum fuit de nomine. Sic pariter amavit, amabit non sunt verba sed casus verborum. Ex quo colligo rationem propriissimam verbi non convenire nisi praesenti indicativi. Non facit enim veram propositionem tempus futurum v.g. Petrus amabit vel praeteritum: Petrus amavit, nisi quia aliquando erit, vel fuit verum dicere Petrus amat.

Articulus 2us
Quid, et quotuplex sit Terminus

Philosophus lib. 1o cap. 1o Priorum sic ait definiendo terminum: Terminum voco in quem dissolvitur propositio ut praedicatum et de quo praedicatur aut apposito aut diviso esse, aut non esse.

Antequam explicemus definitionem notandum est tria requiri ad faciendam propositionem videlicet subiectum praedicatum et copulam. Subiectum est id de quo aliquid dicitur et praedicatur. Praedicatum est id quod dicitur et praedicatur de alio. Copula est verbum nectens praedicatum cum subiecto

In hac pro-

In hac propositione patet quod datur. V.G. Petrus est homo. Ly Petrus est subiectum de quo humanitas praedicatur. Praedicatur n. quod sit homo. Ly homo est praedicatum quod praedicatur et dicitur de Petro. [illegible] Ly est est copula nectens et uniens ~~ly~~ hominem cum Petro. igitur in hac propositione. Petrus est homo, sunt tria, nimirum subiectum praedicatum, et copula. Subiectum, et praedicatum vocantur termini propositionis.

Ecce quomodo patet definitio Aristotelis. Termini sunt [illegible] praedicatum et id de quo praedicatur idest subiectum. Quibus si apponas est vel non est habes propositionem, a quibus autem si separes est, vel non est propositio dissolvitur. Sic in allata propositione: Petrus est homo, et in hac alia: Petrus non est homo, si tollas in 1a est, in 2da non est remanent nudi termini, sicque est dissoluta propositio

Dividitur 1o terminus in mentalem, vocalem, et scriptum. Mentalis est quando mente concipio hunc terminum Petrus vocalis cum ore profero: scriptus, cum calamo ipsum exaro in papyro.

Dividitur 2do in significativum et non significativum. Significativus est qui aliquid ex hominum placito significat ut hic terminus: Lapis qui demonstrat id, quod homines vulgo solent appellare lapidem, Non significativus est illa vox vana et vulgata in scholis Blictri vel similis barbara vox non fuit instituta ad aliquid significandum. Nec dices quod etiam haec vox nihil est insignificativa non n. aliquid significat sed nihil significat, contra n. vox Blictri nullam habet ab hominum placito significationem, sed nihil habet significare ea ratione omnium verum.

q. Dividitur 3o in concretum et abstractum. Concretus est qui formam et subiectum informatum una simul significat. V.G. Sanctus; qui terminus et formam et subiectum sanctum et ipsam sanctitatem significat, Abstractus est qui tantum formae est significativus ut hic terminus. Sanctitas, albedo, &c.

Dividitur 4o

Dividitur 4to in Categorematicum, et Syncategorematicum. Categorematicus est qui per se aliquid significat ut Leo. Syncategorematicus est, qui nihil per se sed cum alio significat, ut sunt hi termini: Omnis, aliquis, nullus. Nam si dicas, omnis homo, aliquis Canis, nullus Leo, in nullius rei cognitionem venitur. Vocatur etiam terminus syncategorematicus sinus, quia quodammodo signat, et afficit propositionem in qua est, eam determinando universalem cum termino omnis, nullus, particularem cum termino aliquis, singularem cum termino hic.

Dividitur 5to in simplicem, et complexum. Simplex est cui nulla pars separata est significativa ut Dominus, a quo si separes aliquam syllabam syllaba separata nihil significat. Recolite quae de nomine adto praecedenti vocavimus. Complexus est, cuius partes separatae significant per modum substantivi, et adiectivi ut hic terminus: Alexander magnus.

Dividitur 6to in finitum et in infinitum. Finitus est, qui aliquid determinat ad id, quod est. Ut terminus homo praedicatus de Petro determinat et affirmat quid sit Petrus, nempe quod sit homo. Infinitus est qui determinat aliquid ad id quod non est. V.g. hic terminus, non lapis si praedicatur de Petro indicat id quod Petrus non est. Petrus n. est non lapis. Dicitur infinitus, quia potest dici de rebus infinitis. De omni n. eo quod non est Petrus valet dicere quod Petrus non sit. Sic Petrus est non lapis, Petrus est non Leo, Petrus est non Canis &c. Adverte autem ad hoc ut fiat propositio infinita particulam non praeponendam esse copulae, et debere negare praedicatum. Si n. anteponas negat copulam, et fit propositio negativa ut est ista Petrus non est lapis.

Dividitur 7mo in communem et singularem. Communis est qui de pluribus dicitur ut homo, singularis qui de uno tantum ut Petrus dici potest.

Dividitur 8vo in transcendentalem, et categoricum, vel non transcendentalem. Transcendentalis est id quod de omni re tam possibili quam existente potest dici. et continetur in hac voce. Reubau idest Res Ens unum,

bonum

~~aliquid~~ omnem aliquid verum. et dicitur transcendentalis, quia transcendit, et vagatur super omnia praedicamenta. Non transcendentalis sive categoricus est qui de spectantibus ad unam categoriam seu praedicamentum dicitur ut homo arbor, qui veniunt in praedicamento substantiae. quae sint praedicamenta et categoriae infra videbimus.

Dividitur 9° in terminum collectivum, et divisivum. Collectivus est qui de pluribus praedicari potest simul sumptis non autem de individuis, ut hic terminus Congregatio, quae de omnibus congregatis simul sumptis dici potest, non autem de singulis. Non enim valet dicere: Franciscus est congregatio, Joseph est congregatio. Divisivus est, qui plura significat et de pluribus dici potest. Ut homo qui tam de Petro, quam de Paulo praedicari potest.

Dividitur 10.mo in absolutum et connotativum. Absolutus qui rem perfecte et complete significat. Ut hic terminus homo. si enim dicis homo est in cubiculo, habes perfectam cognitionem quid sit in cubiculo. Connotativus est qui a re solo non habet perfectam significationem sed respicit, et connotat aliud; ut hic terminus. niveus. si enim dicas niveus est in cubiculo, nescis an homo an canis niveus sit. Hinc dicitur nomina substantiva esse absoluta et per se significare; adiectiva vero non nisi connotando aliquid aliud esse significantia.

Dividitur xi.mo in pertinentem et impertinentem. impertinens est qui nullam ad alium dicit connexionem, ut hi termini Mons, et Aula undequaque impertinentes. Quae enim connexio inter montem et aulam? Pertinens est qui ad aliud dicit respectum, ut nox et dies. Hic ne multiplicentur divisiones loco recensent termini oppositi. Oppositio enim, etsi dicat repugnantiam, ostendit tamen inter opposita aliquem ad invicem respectum. Oppositio est quadruplex contraria contradictoria privativa, et relativa. Termini contrarie oppositi se invicem destruunt. ut calor et frigus. Contradictorie oppositi versantur inter esse et non esse, inter rem, et negationem rei ut sapiens, et non sapiens. Privative op-

positi

posti sunt quando unus dicit formam alius carentiam formae, ut nullo capi: ut visio, et caecitas. Relativa sunt cum unus dicit ordinem ad alium a se distinctum. Ut Pater et filius. Filius enim et Pater distinguuntur, et tam Pater ad filium, quam filius ad Patrem dicit respectum.

Dividitur XII.mo in Univocum, Analogum et Equivocum. Univocus est qui secundum nomen et secundum significationem communis est dicitur de pluribus ut animal, quod tam de Leone, quam de cane, quam de homine valet dici, et idem significat, nempe quod tam leo, quam canis, quam homo sit animal. Analogus est qui de dissimilibus dicitur, habentibus tamen aliquam rationem convenientiae ut hic terminus: Caput qui dicitur tam de capite hominis quam de capite libri, quam de capite exercitus. Disconveniunt enim in ratione capitis, quatenus non sunt capita ut caput hominis, conveniunt tamen in ratione principii quatenus caput consideratur tanquam principium. Equivocus est qui ne omnino diversa significat. Ut hic terminus Piscis qui dicitur et de Pisce natante in aquis, et de sydere caelesti.

Dividitur XIII.o in terminum primae intentionis et in terminum 2.ae intentionis vel ut alii vocant in primo intentionalem et 2.o intentionalem. Terminus primae intentionis est, qui dicit rem prout est a parte rei sine mentis reflexione. Ut cum dicitur hic terminus homo prout nihil aliud significat nisi naturam humanam a parte rei existentem. Terminus 2.ae intentionis est qui habet illam significationem quam ipsi dat intellectus reflectens. V.g. in hoc termino animal invenit intellectus rationem generis respectu hominis, Leonis et canis et cum sumit hunc terminum animal quatenus est genus talium inferiorum dicitur quod sit terminus 2.ae intentionis. Iste terminus 2.o intentionalis fit ab intellectu. Quod animal sit genus non pendet nisi ab intellectu reflectente hominem leonem, canem convenire in ratione animalis, atque dicit animal esse genus ad haec inferiora. Termini 2.ae intentionis vocantur communes et universales, quatenus intellectus de pluribus eos praedicat colligit et praedicat. Quinque enumerantur, videlicet. Genus, species, differentia, proprium, et accidens. in quorum gratiam quandam instituimus quaestionem totus tamen in Logica dos dante de ipsis acturi

Articulus 3.us

Articulus 3us

De terminis universalibus.

Termini, de quibus nunc agimus, ac re universales appellantur tetigimus in actu praecedenti, quia multis semper conveniant, et a Logicis vocantur etiam praedicabilia universalia, quia de pluribus dicuntur. Diximus etiam quod sint quinque, videlicet Genus, Species, Differentia, Proprium, et Accidens. Haec omnia conveniunt v.g. in Petro. Petrus enim est animal, ecce Genus, est homo, ecce species, est rationalis ecce differentia, est visibilis, ecce proprium, est sapiens, ecce accidens. Jam de singulis.

Genus est universale praedicabile de pluribus in quid incomplete. Haec definitio est per se clara praeter illa verba in quid incomplete; quae innuunt quod per genus praedicatur essentia rei, sed non omnimode. Patebit in exemplo. Si dico: Petrus est animal. Hoc animal ut patet venit in ratione generis, et explicat essentiam Petri. Si quis enim interroget quid est Petrus, respondetur est animal. Sed quia per animal tota essentia Petri non exprimitur. Non enim Petrus est tantum animal, bene dicitur quod incomplete in quid sit praedicabile.

Duplex est Genus supremum, et subalternum. Supremum quod et generalissimum dicitur, est quod nullum aliud genus habet supra se nec aliquando potest esse species. Sunt talia genera substantia quantitas, qualitas relatio, actio, passio, ubi quando, situs et habitus. Genus subalternum est quod non est adeo genus ut non possit esse species. Sic animal est genus respectu specierum, quibus praeest. Est autem species si generi superiori comparetur v.g. substantiae.

Species est universale praedicabile de pluribus ~~in quid magis~~ differentibus numero in quid complete. Homo est species respectu Petri et Pauli individuorum numero tantum inter se distinctorum. Dicitur quod praedicatur in quid, quia dicit essentiam et complete, quia totam essentiam praedicat. Si enim interrogantur quid est Petrus respondetur quod sit homo totam essentiam exprimendo.

Duplex

Duplex autem est species alia nempe infima alia subalterna. 1a est quae nunquam potest habere rationem generis quia respicit tantum individua sibi subiecta ut homo est species infima, non n. valet praedicari nisi de individuis humanis quod sint homines. 2a est, quae quandoquidem est genus si comparetur speciebus inferioribus, ut animal quod respectu v.g. ~~[illegible]~~ hominis brutis, etc. est genus. Species vero subalterna respectu superioris generis, nempe substantiae.

Differentia essentialis (dico essentialis, quandoquidem sunt ~~[illegible]~~ aliae differentiae quae confunduntur cum proprio et accidente) est universale praedicabile de pluribus in quale quid; vel ut alii aiunt et quidem sanius in quale post quid. Si interrogante n. quid sit homo cum responsum fuerit esse animal, si interroget quale animal, ostendes ipsi differentias ab aliis animalibus si dicas animal rationale. Rationale n. est differentia hominis. ~~[illegible]~~. Differentia essentialis est duplex generica et specifica. Illa discriminat genus ab alio genere ut corporeum ab incorporeo. Haec speciem a specie, ut homo qui ~~[illegible]~~ differentia rationali distat a bru- ~~[illegible]~~

Proprium quadrupliciter sumitur. 1o convenit soli speciei sed non omni individuo ut homini esse philosophum. Convenit n. soli speciei humanae, sed non omnibus individuis. 2o convenit omni individuo, sed non soli speciei ut homini esse bipedem convenit n. omni homini non autem soli speciei, quia etiam convenit avibus. 3o convenit omni soli sed non semper. Ut homini in senectute barbam emittere. Convenit n. hoc soli speciei humanae, omnibus tamen suis individuis. Non autem semper quia non semper homo barbam emittit. Quandoquidem moritur intempestive. et tamen est homo. 4to convenit omni, soli et semper, ut esse risibile. Soli n. speciei humanae et omnibus suis individuis et omni tempore convenit esse risibile. Et hoc habet pro proprio universali, quod definitur universale praedicabile de pluribus in quale inseparabiliter. Dicitur n. quod risibile sit qualitas hominis sed inseparabilis quia esse risibile fluit ab esse rationali; et de se invicem reciproce praedicantur, nam dicimus omne rationale est risibile, et omne risibile est rationale.

Accidens est

~~Accidentis~~ universale praedicabile de pluribus in quale contingenter. Vt patet in doctrina v.g. Petri, per quam contingenter praedicatur de Petro quid sit doctus. Quod sit doctus Petrus equidem ut patet est contingens. Definitur etiam accidens, illud, quod potest adesse, et abesse sine subiecti corruptione ut doctrina in Petro albedo in cane quae possunt adesse, et abesse quin Petrus desinat esse Petrus, et canis desinat esse canis. Non dic de albedine nivis quae est non viribus humanis, per divinam tamen potentiam potest a nive separari sine nivis corruptione.

Collige ex dictis differentiam praedicabilium. Nam genus praedicatur de in quid incomplete, species in quid complete, differentia in quale quid, seu in quale quidditativum, et essentiale, proprium in quale inseparabiliter, accidens in quale contingenter. Et sic in summa habes notitiam universalium, quae in Logica maius negotium facessunt.

Articulus 4.tus
De Terminis Categoricis.

Categoriae sunt quaedam classes rerum, quae terminis exprimi solent. Vocantur etiam praedicamenta et suprema genera, ad quae omnia reducuntur. Et sicut termini universales ita dicuntur universalia quatenus de inferioribus praedicantur, ita etiam categorici dici solent prout in classibus categoriarum reponuntur. Cum aliquibus Philosophis dici possint duae tantum esse Categoriae substantia videlicet, et accidens, quia quidquid est vel per se subsistit et est substantia, vel alio indiget tamquam subiecto, et est accidens. Sed quia claritati studiosorum requiritur plurium exemplorum, hanc secundam categoriam accidentis in novem classes partiendo sic omnia praedicamenta dicimus esse decem. Tot enim dicimus praedicamenta quot interrogationes de aliquo individuo v.g. Petro fieri possunt. Si interroges enim quid sit Petrus respondes esse homo ecce substantia, si quantus, magnus, vel parvus, ecce quantitas si qualis, sapiens, ecce qualitas. dicitur alterius quid sit Princeps ecce relatio, quod sit in cathedra ecce locus, quando quod sit nuper ecce quando seu tempus, quod sit armatus, ecce habitus, quod sit sedens, ecce situs quod pugnet ecce actio quod feriatur ecce passio.

Ad memo-

Ad memoriæ mandanda iuvabunt sequentes versus in quibus omnia decem prædicamenta continentur.

Vir grandis, fortis, Princeps armatus ad urbem,

Vesperi veniatur dimicat excubitur.

Substantia est ens per se subsistens ad differentiam accidentis, quod inhæret alio nempe substantiæ. Substantia est duplex universalis, et singularis. Illa hæc, quæ dicitur prima, est quæ non est in subiecto nec de subiecto prædicatur ut Petrus substantia singularis Petrus non est in alio subiecto, sed est ipse Petrus nec de subiecto prædicatur, quia non habet alia subiecta de quibus prædicari possit, cum sit singularis. Illa, quæ dicitur etiam 2.a est quæ de subiectis prædicatur, ut homo substantia humana de omni homine dicitur. Accidens autem dicimus cum philosopho quod est in aliquo non ut pars, nec separatim potest existere intellige naturaliter sic candor nivis non est pars nivis, sed tamen inest alicui, nempe nivis substantiæ. Quæ sequuntur sunt categoriæ, et prædicamenta accidentis.

Quantitas est accidens quo aliquid dicitur quantum. Si interrogas quantum sit v. g. lignum dicendo, quod sit palmare vel bipalmare exprimis eius quantitatem. Quotiescumque vero audies has voces quantum vel quam, vel quot v. g. quot homines, quam diuturnus quantum latitudinis intellige semper quæri de quantitate.

Quantitas est duplex discreta, et continua. Discreta est cuius partes sunt separatæ, nec inter se copulantur ut quantitas orationis ut numerus quantitas numerica. Continua est cuius partes mutuo nexu copulantur. estque hæc iterum duplex permanens, et successiva. Illa est, cuius partes ~~simul existunt~~ ut fluunt ut motus et tempus, illa, quæ semper, et simul existit, ut iterum est triplex, Linea quæ tantum dicit longitudinem. superficies quæ longitudinem, et latitudinem dicit. Corpus tandem quod trina dimensione constituitur quantum nimirum longitudine, latitudine, et profunditate. Quantitas vero præcipue a Mathematico consideratur.

Qualitas categorica, ad discrimen qualitatis differentiæ et propriæ prædicabilium, est accidens quo aliquid dicitur tale. Interroganti v. g. qualis sit v. g. homo, respondeo

erit talis

esse talis vel a qualitate ~~[illegible]~~ doctrinae dignoscitur vel ... Quadruplex est qualitas; 1o enimvero habitus et dispositio. Habitus est prima facilitas ad agendum exercitio comparata, dispositio est quae facile amitti potest, potest etiam dici aptitudo ad habitum comparandum. 2o naturalis potentia et impotentia, ut ~~naturalis potentia~~ facultas videndi indita a natura quae si suum munus implet dicitur potentia, si autem est infirmior dicitur impotentia. 3io ~~dici~~ patibilis qualitas, et passio. Illa est vel in gradus vel radicata qua qualibet sensus potest affici v. g. color, calor, sonus. Passio dicitur illa qualitas quae cito transit, nec immoratur ut rubor faciei a pudore, vel pallor a timore excitatus. 4a Forma, et figura. Forma, quae etiam species dicitur est quae afficit oculos. Figura est spatium undique clausum, ut circulus vel quadrangulum etc.

Relatio est accidens, quo unum ad aliud refertur. In relatione ~~[illegible]~~ sex considerantur: Relatio ipsa, ipsius correlatio, ~~relatum, correlatum~~, extrema relationis, subjectum relationis, fundamentum, et terminus relationis. Patent omnia in relatione Patris ad filium. Paternitas est relatio quae refert Patrem ad filium. Filiatio est correlatio, quae filium refert ad Patrem. Extrema relationis sunt ipse Pater et filius qui etiam relatum et correlatum vocantur. Subjectum relationis est Pater, terminus est filius, qui complet relationem paternitatis. Ideo namque est Pater, quia filium genuit, atque fundamentum relationis est generatio.

Actio est accidens quo aliquid dicitur agere formaliter ut quando sol calefacit, equus currit, homo pingit. Actio est duplex immanens et transiens. Immanens est cujus terminus remanet in agente, ut visio, auditio, intellectio, quia non transeunt ad id quod videtur, auditur, intelligitur, sed remanent in ipso agente. Transiens est cujus terminus fertur in passum ut calefactio quae transit in subjectum quod calefacit.

Passio est accidens, quo aliquid dicitur pati formaliter. Ut cum tabula est patiens cum colores recipit, manus est patiens cum recipit calorem. Pati namque est aliquid ab aliquo recipere.

Ubi non

Ubi est accidens, quo aliquid dicitur esse in loco. v. g. in cubiculo, vel in aula. Duplex est ubi definitivum circumscriptivum, ~~et sacramentale~~. Circumscriptivum est quando ubi est in loco et correspondet partibus loci. et hoc ubi convenit tantum corporibus. Definitivum est quo ubi est tota in toto, et tota in qualibet parte loci. et hoc ubi est tantum substantiarum spiritualium ut patet in anima quae est tota in digito, et tota in toto corpore, non ci correspondet partibus loci. Additur etiam tertium ubi, quod sacramentale vocant respectu corporis Christi. et est illud quo Christus est totus in toto, et totus in qualibet hostiae parte, cum hoc tamen ad discrimen animae quod eodem instanti sit etiam in alijs locis, in alio tempore, in alijs altaribus etc. De hoc tertio ubi magis Theologus, quam Philosophus consulendus est.

Quando est accidens, quo aliquid dicitur esse in tempore. Ut esse nunc, fuisse heri, futurum esse cras. Differentiae temporis sunt praesens, praeteritum, et futurum. Quando dividitur in tempus, et aevum. Tempus est mensura rerum corruptibilium, quae habito initio expectant finem. Aevum est mensura rerum permanentium, quae scilicet habuerunt initium, sed non expectant interitum, ut anima, angeli.

Situs est accidens, quo aliquid in loco existens habet talem vel talem dispositionem suarum partium ad partes loci. Ut esse incedere, vel rectus stare sedere iacere et similia, quae ut patet non sunt contra naturam; contra dicuntur situs naturalis esse v. g. in nostro capite et pedibus [illegible] nullo modo contra naturam dicitur situs [illegible].

Habitus est accidens, quo a circumadiacentia externorum habituum vel armorum etc. denominatur aliquid esse ab eo v. g. armatus togatus etc.

Haec igitur sunt praedicamenta, seu decem classes in quibus omnia quae sermone exprimi possunt locantur. De his Categorijs in Logica suo loco methodo agetur. interim habes saltem brevem eorum notitiam, quae non inutilis erit cum accuratius tractabuntur. et haec de terminis Categoricis sint satis. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quaestio 5.ta

Actus 5.tus

De suppositione aliisque terminorum affectionibus

Suppositio est acceptio, et usus termini loco rei quam terminus significat. Cum loquimur et disputamus non possumus res de quibus loquimur in medium afferre, utimur terminis rerum significantibus, ut qui ludunt utuntur calculis et signis loco denariorum. Ait Arist. 1o Lib. Elenchorum c. 1o: Cum non licet, ut res ipsas ferentes disputemus sed nominibus pro rebus, utimur signis. et quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere, quemadmodum ij, qui calculis supputant. Haec Philosophus.

Dividitur 1o suppositio in materialem et formalem. Materialis est acceptio termini pro se ipso, ut cum apprehendo hunc terminum homo, pro voce conflata ex duabus syllabis. Formalis est acceptio termini pro re significata ut cum apprehenditur homo pro natura humana a parte rei existente.

Dividitur 2o in simplicem et personalem. Simplex [illegible] apprehenditur terminus prout subest 2ae intentioni. cum sumitur v.g. genus tanquam aliquid universale, ut animal tanquam genus abstractum a suis inferioribus. Personalis est acceptio termini pro re, et non pro ut subest 2ae intentioni, ut cum accipio animal pro principio sentiendi, et si dico homo est animal possum etiam de suis inferioribus personaliter praedicare quod v.g. Petrus, et Paulus et Joannes sit animal.

Dividitur 3o in propriam, et metaphoricam. Suppositio propria est usus termini pro re quam ex instituto hominum sine translatione habet significatam, ut cum utimur hoc termino, risus, ad exprimendam cordis laetitiam. Metaphorica est usus termini translati ad impropriam significationem, ut cum dicitur. Risus pratorum, flores [illegible].

Dividitur 4to in distributivam, collectivam, disjunctivam et confusam. Distributiva est cum accipitur terminus tanquam praedicabilis de suis inferioribus singulatim et distributive sumptis ut hic terminus, animal, qui de Petro, de Paulo suis inferioribus valet praedicari. Collectiva est usus termini praedicabilis de suis inferioribus simul acceptis non vero singillatim

ut hic

terminus. Duodecim Apostoli. Petrus et Andreas Joannes et reliqui enumerati sunt duodecim. De omnibus ergo igitur valet dicere quod sunt duodecim; non autem valet dicere Petrus est duodecim Apostoli, Andreas est duodecim Apostoli etc. Disiunctiva est usus termini pro aliquo non pro omnibus ex inferioribus. V. g. aliquis Leo rugit ly aliquis innuit quod descendendo per omnes Leones deveniamus ad Leonem c. qui rugiat, et non quod et Leo a, et Leo b rugiant. Confusa est usus termini pro inferioribus confuse sumptis ut cum dicitur omnis Leo est animal non dicitur quod sit omne animal, sed vel hoc vel illud animal. Ubi videtur differentia suppositionis disiunctivae et confusae, quod in disiunctiva distinctio per particulam vel importata cadit supra subiectum, ut aliquis Leo est rugiens idest quod vel Leo a, vel Leo b rugit; in confusa vero distinctio cadit supra praedicatum, ut omnis Leo est animal idest quod sit vel hoc vel illud animal, non autem omne animal.

Dividitur 5to in suppositionem pro singulis generum et in suppositionem pro generibus singulorum. Suppositio pro singulis generum est usus termini applicabilis inferioribus tam proximis quam remotis omnibus contentis sub genere, ut animal qui terminus tam Leoni, quam homini est applicabilis. Suppositio pro generibus singulorum est usus termini applicabilis alicui, non tamen omnibus ex inferioribus, ut si dicerem omne animal fuit in Arca Noe. ly omne animal supponit tantum pro aliquibus animalibus ex omnibus et singulis speciebus, non tamen pro omnibus.

Veniamus ad reliquas terminorum affectiones, sive proprietates et quatuor praecipue notamus quae sunt Ampliatio, restrictio, alienatio, appellatio

Ampliatio est usus termini extensi ad maiorem significationem non tantum respectu ad praesens sed etiam ad praeteritum futurum et etiam possibile. V. g. in hac propositione Omne animal est creatum a Deo. Ubi videtur quod ly omne animal est terminus extensus ad significandum non solum omne animal quod nunc est, sed etiam quod fuit erit et est possibile. Nota tamen quod ad hoc ut dicatur ampliatio, sufficit ut ad quamlibet maiorem sui significationem terminus extendatur.

Restrictio

Restrictio est usus termini contracti à maiori ad minorem sui significationem per aliquam contrahentem particulam, ut patet in hac propositione: Aethiops est albus secundum dentes, et in hac alia: Nox est lucida in aliquibus stellis. Videtur in prima fronte quod Aethiops sit albus, quod nox sit lucida, sed per terminos contrahentes restringitur ad minorem significationem, quod videlicet Aethiops sit albus tantum 2dum dentes, Nox sit lucida tantum in stellis.

Alienatio est usus termini secundum impropriam seu metaphoricam significationem. Sic terminum vitis alienat à propria significatione Ecclesia et Christo Domino cum [illegible], quod accidit solum [illegible].

Appellatio est applicatio unius termini supra alium, ut si dicas: Petrus est doctus homo, ly doctus applicatur ad ly homo non ad ly Petrus. Animadverte tamen quod applicationem termini appellantis posse ut plurimum dependere ab antepositione, vel postpositione ipsius ad copulam. Ut vides in his duabus propositionibus: Alexander magnus est dux, Alexander est magnus dux. In prima magnus non applicatur ut in 2da praedicato.

Adde his terminorum proprietatibus quam vocant statum termini, qui facit ut terminus induat rationem temporis, quod verbum cui unitur significat, ut v.g. Petrus est sanctus, ly est importat tempus praesens, et valet ergo nunc Petrus est sanctus, et sic sanctus est ~~[illegible]~~ ipse in praesenti. Si autem ad aliud differentiam temporis quam non importat verbum, praedicatum tunc distractio dicitur, ut si dicas: caeci vident, claudi ambulant. Hi caeci et hi claudi non conveniunt in differentia temporis praesentis importatam à verbo, sed respiciunt differentiam praeteriti ac si diceretur: caeci qui caeci fuerunt nunc vident, qui claudi fuerunt nunc ambulant.
Et haec de prima mentis operatione, dicta de simplici apprehensione, tanquam de prima parte Summularum Logicae dicta sufficiant.

~~[illegible]~~

A

Summularum [illegible] 2us

[illegible]

Articulus 1us

De C[illegible]ione

Consideratis terminis, eorumque affectionibus transitum facimus ad considerationem eorum quae ad 2dam mentis operationem pertinent et primo agimus de definitione, divisione et facilius [illegible] [illegible] [illegible] in qua vere [illegible] ratio indicans affirmantis vel negantis. Sed quia [illegible] est oratio ut videbitur, pauca de oratione dicamus.

Oratio igitur est vox significativa composita ex nomine et verbo non per modum affirmationis, et negationis, sed per modum dictionis. Dicitur vox composita et exclusionem simplicium terminorum. dicitur ex nomine et verbo ut etiam complexos terminos excludat et innuat orationem componi ex nomine, et verbo ut patet in hac oratione: Tandem [illegible] finem pace [illegible] tata [illegible]. Dicitur non per modum affirmationis &c. ut innuat quod oratio [illegible] nihil intendit aliud quam dicere non vero affirmare aut negare, [illegible] quod oratio non spectare potest ad iudicium, sed potius ad apprehensionem [illegible] [illegible] [illegible] orationem affirmare, aut negare [illegible] [illegible] in definitione non dicimus non posse importare affirmationem, [illegible] sed quod de [illegible] [illegible] non importat necessitatem affirmandi aut negandi. Quod quidem est dicendum.

Disert. CXCVII

Dello scrivere, e dell'origine delle Lettere

Disert. CXCVIII

Delle varie maniere di scrivere.

Disert. CXCIX

Delle materie, su cui scrivevano gli antichi

Disert. CC

Degli strumenti usati all'occasione dello scrivere.

Disert. CCI

Dei segni vocali nell'armate, e delle Tessere

Disert. CCII

Delle Spie, e loro uso presso gli antichi

Disert. CCIII

Delle Sentinelle dell'antica milizia, loro origine, ordine e tempo; Delle Vigilie e guardie delle Città e loro uffizj; Delle Custodie de' Tempj e case ancora private

Disert. CCIV

Che il Vino sebben per altro calido faccia son nacchiosi, e detto per qual ragione

Disert. CCV

Dell'imagine, o sia convenienza tra 'l Sonno e la Morte.

Disert. CCVI

Dello spirito guerriero degli antichi Galli, e de' Franchi

Disert. CCVII

Del costume di vari popoli di tuffare i propij figli appena nati nell'acque, e del fine per cui ciò facevano

Disert. CCVIII

Dello studio degli antichi intorno alla cultura de' capegli; e de' vari ornamenti del Capo

Disert. CCIX

Degli unguenti e loro uso presso le nazioni antiche, e della varia composizione e de' vasi in cui tenevansi

Disert. CCX

Di alcuni stratagemmi di guerra adoperati da saggi Capitani per far credere all'inimico aver gente numerosa avendone pochissima

Disert. CCXI

Come la Fantasia comparisca talvolta ad occhi aperti, e degli Spettri naturali, o d'artificio mostrati.

Disert. CCXII

Degli spettri cagionati per opera sopranaturale

Disert. CCXIII

Delle Ombre, o sia apparizioni delle anime separate secondo la Teologia de' Gentili.

Disert. CCXIV

Della difficoltà del tacere affatto, e dell'ordine del parlare moderato ne' conviti. Delle materie di cui solevano ragionare gli antichi nelle loro mense, ove degli enimmi e questioni conviviali, e del premio o pena proposta per la soluzione de' dubbi.

Disert. CCXV

Del leggere a mensa rito delle mense de' nostri Religiosi, conosciuto e praticato anco da' Gentili

Disert. CCXVI

Delle Agape degli antichi Cristiani; degli abusi in esse introdotti; cagione onde furono levate.

Disert. CCXVII

D'un motteggio d'un Pagano, onde punto fu Carlo Magno, ai riferir di S. Pietro Damiani

Discorso CCXVIII

Della origine perchè un pallone cadendo sul terreno risalti; e de' varii giochi di palla degli antichi.

Discorso CCXIX

Della siccità avvenuta al tempo e per l'orazioni di Elia, e d'alcune particolarità intorno alla persona e alla patria di questo Profeta.

Discorso CCXX

Della siccità provata dagli Ebrei nel deserto, e de' provvedimenti miracolosi d'acqua in Oreb e in Cades per mano di Mosè

Discorso CCXXI

Della Dottrina e Letteratura dell'Imperadore Carlo Magno

Discorso CCXXII

Dell'imposizione del Nome a' Bambini, e a chi apparteneva, del tempo onde imponevasi, e che nomi imponevano gli antichi

Discorso CCXXIII

Della Circoncisione degli Ebrei, dell'Amfidromia de' Greci, e del giorno Lustrico de' Romani, in cui solevano imporre il nome a' Bambini

Discorso CCXXIV

Del Paradiso terrestre e primieramente cosa importi questa parola Paradiso

Discorso CCXXV

Se il Paradiso terrestre s'abbia a prendere con proprietà e letteralmente, o pure allegoricamente

Discorso CCXXVI

Delle varie opinioni circa il luogo del Paradiso terrestre

Discorso CCXXVII

Se il Paradiso terrestre sia stato guastato e distrutto dal Diluvio universale

Discorso CCXXVIII

Del Fonte e de' Fiumi del Paradiso terrestre e che il Fison e Geon della Scrittura non sono il Gange dell'India, e 'l Nilo dell'Egitto

Discorso CCXXIX

De' due altri Fiumi del Paradiso Terrestre Eufrate e Tigri.

Discorso CCXXX

Del costume di varie Nazioni in fare patti, e in contrarre alianze.

Discorso CCXXXI

D'alcune machine di guerra adoprate dagli antichi nell'oppugnazione e difesa delle Città

Discorso CCXXXII

Dell'ingresso de' Trionfanti nelle Città proprie, per le breccie aperte, non per le porte.

Discorso CCXXXIII

De' sepolcri degli antichi finti, e veri, sotto e sopra terra, e di loro ornamenti ed iscrizioni

Discorso CCXXXIV

Delle Carceri, e loro Origine ed uso presso varie Nazioni

Discorso CCXXXV

Degli strumenti adoprati nelle Carceri stesse a fermar con maggior rigore la libertà, cioè de' Ceppi, Catene, ed altri sì fatti ordigni

Disert. CCXXXVI

Della custodia diva, che oltre alle catene, et c. si poneva alle Carceri.

Disert. CCXXXVII

Della differenza che è tra Credere Dio, Credere a Dio, e Credere in Dio

Disert. CCXXXVIII

Dello scrivere su gli alberi su le pareti a su le porte praticato talvolta dagli antichi

Disert. CCXXXIX

Dell'arte sacra d'esaminare l'interiora delle vittime, onde prendevano gli auguri gli antichi, e primieramente del nome d'essa, sua origine, e propagazion fra le genti

Disert. CCXL

De gli auguri che prendevano gli antichi dalla vittima dal punto dell'ostinada al sagrificio sino allo scoprimento delle interiora

Disert. CCXLI

Dell'esame che facevano gli antichi ~~attorno~~ dell'interiora delle vittime per prendere gli auguri

Disert. CCXLII

De' vasi ed instrumenti usati nell'esame delle viscere degli animali sagrificati, e della fede che avevano a queste osservazioni gli antichi, proibite poi anco dagli Imperatori Cristiani

Disert. CCXLIII

Delle note scrittive, colle quali alcuni son vati

Disert. CCXLIV

Del bacio, e d'alcune osservazioni intorno a questa officiosità

Disert. CCXLV

Del santissimo giorno di Pasqua, e primieramente della sua origine e Cerimonie tra gli Ebrei

Disert. CCXLVI

Come la Chiesa si diportò nella celebrazione della Pasqua dagli Ebrei, e delle Liti e quistioni insorte per questo sino che fu stabilito il doversi mai sempre celebrare in giorno di Domenica

Disert. CCXLVII

Dell'eccellenze e prerogative della Domenica da che fu consagrata dalla Resurrezion del Signore.

Disert. CCXLVIII

Del Battesimo solennemente ministrato solo alla Pasqua ed alla Pentecoste

Disert. CCXLIX

De' Catecumeni, e primieramente dell'importanza di tal nome

Disert. CCL

De' varii gradi tra Catecumeni dell'antica Chiesa

Disert. CCLI

Del Luogo, che era a' Catecumeni assegnato nella Chiesa

Disert. CCLII

Del tempo che durava il Catecumenato

Disert. CCLIII

Dell'impostura data da' Gentili a' Cristiani, che mangiassero gli infanti

Disert. CCLIV

Del rito di lavare i piedi, sua causa ed origine l'andare affatto, o quasi affatto scalzi gli antichi, perciò praticato co' Pellegrini e cogli Ospiti ecc.

Disert. CCLV

Se il Signore andasse affatto scalzo, e de' sandali e suole degli antichi

Dissert. CCLVI

Delle lavande de' piedi de' Cristiani, e particolarmente del Mandato.

Dissert. CCLVII

Della lavanda de' piedi fatta da nostro Signore agli Apostoli dopo l'ultima cena.

Dissert. CCLVIII

De' riti antichi del Sacramento del Battesimo, e primieramente ~~[illegible]~~ onde venga questo nome Cerimonia e degli abiti sacri del Ministro in questa funzione che sono d'ordinario Stola e Cotta.

Dissert. CCLIX

Dell'incontro che si faceva a' Catecumeni alla porta della Chiesa, delle interrogazioni, insufflazioni, unzioni ivi fatte, e del sale e dello sputo

Dissert. CCLX

Del luogo degli antichi Battisterj

Dissert. CCLXI

De' Padrini e loro ufficio

Dissert. CCLXII

Delle ~~[illegible]~~ maniere di battezzare per immersione, per abluzione, e per aspersione

Dissert. CCLXIII

Dell'Acqua materia del Sacramento del Battesimo, e sue consacrazioni per quest'occasione.

Dissert. CCLXIV

Delle parole, che costituiscono la forma del Battesimo, ed antichi errori circa d'esse

Dissert. CCLXV

Del Crisma unzione fatta dopo il Battesimo, e d'alcune particolarità intorno d'esso

Dissert. CCLXVI

Delle vesti bianche date a novellamente Battezzati

Dissert. CCLXVII

Delle Candele accese date a' Battezzati, e della Eucaristia, che anticamente loro si dava

Dissert. CCLXVIII

Del Latte vino e miele anticamente dato a gustare a' Battezzati, e delle Reliquie ed altri doni loro fatti in quest'occasione

…dza

…lla Sig

… a ustaw

…di in

De partib. anni pars 1a | De anno pars 2da | De singulis partibus et ...

De minutis hora ~~et de~~ ...

q. p. de ~~minutis~~ n. 2. et 3.

cap. ... de ~~...~~ horis 4

... 3 ~~de horarum~~ divisione 5

... menses ...

De partibus anni. Pars I et II.

La parte seconda è imperfetta. Da un'indice, che è unito ad alcuni frammenti, rilevasi che quest'opera doveva essere di libri otto de' quali questi non ne sono che due, incompleti.

Dal carattere sembra opera del P. Gianfrancesco [illegible], [illegible] dell'indice dell'[illegible] —

...uno servata

...neis ... in ...

... incidereunt ut commode videri potest

horam distinctam usque ad sexagesimam sui partem.

Cap.

de [illegible] anni [illegible] 1a — de anno part. 2da — de singuli partib., et [illegible] [illegible]

de [illegible], [illegible] [illegible]

1 [illegible] n° 2. et 3
cap. 2 de notione [illegible] 4
cap. 3 de [illegible] [illegible] 5
cap. 4 de [illegible] [illegible] et [illegible] 5, 6, 10
cap. 5 de [illegible] [illegible] 7 et 8
cap. 6 de [illegible] [illegible] 6
cap. 7 de [illegible] [illegible] 4. 74
cap. 8 de [illegible] [illegible] 9
Lib. 2. de die, et nocte
cap. pm. de notione diei, 10 &c.
de diei naturali et [illegible] 14
cap. 2 de divisione diei 10, 11 &c.
cap. 3 de die sacro, civili, et legali 12. 13. 14
cap. 4 de [illegible] Romanorum [illegible] 15, 16
cap. 5 de die artificiali, et ejus partib. 17
cap. 6 de nocte et ejus partib. 18
cap. 7 [illegible] diei naturalis a nocte, vel a die [illegible] 19, 20, 21
cap. 8 de [illegible] horis, [illegible] et [illegible]
cap. 9 de notione horae [illegible] [illegible] quo Romani (22) cap. 9
cap. 2 de notione, et acceptione hebdomadis 27 &c.
Lib. 6. 4 de mense [illegible] 10 [illegible]
cap. pm. de notione mensis 32
2 de mensib. Atheniensium 5, 9, 60, 61. 40
3 de mensib. [illegible] 60 &c.

cap. 4 de mensib. Egyptiorum 46. 52. 56. 58
5 de mensib. Romanorum, [illegible] 32. 38
6 de [illegible], et [illegible] mensium Romani 31
cap. 7 de studio Roman. pro mensium distributione &c.
de anno part. 2da
de anno in communi lib. [illegible]
cap. pm. de notione anni [illegible] 100
cap. 2da de divisione anni in [illegible]
cap. 3. de quatuor anni primariis partib.
cap. 4 de quatuor anni temporib. 94
cap. 5 de [illegible] anni [illegible]
cap. 6 de [illegible] anni [illegible]
Lib. 1 de anno [illegible]
cap. pm. de [illegible]
cap. 2da de [illegible] anno [illegible]
cap. 3. de [illegible]
cap. 3 de [illegible] [illegible]
cap. 4 de [illegible] anni
Lib. 3. de anno [illegible]
[illegible] de notione et [illegible]
cap. 2da de concordantia anni Solaris cum Lunari et de [illegible]

cap. pm. de notione, et origine lustri 89
cap. 2. de periodo lustri, et ejus [illegible]. 161. 89

de [illegible]

9

3 De anno [illegible] [illegible]

[illegible] De [illegible] natione et [illegible] 67

2 Quando [illegible] [illegible] [illegible] et 68

3 Quando [illegible] [illegible] [illegible] 68, 69

4 De anno [illegible] [illegible] 70 — [illegible]

[illegible] 4 De [illegible] [illegible]

[illegible] De [illegible] natura [illegible] [illegible]

[illegible] De anno [illegible] [illegible]

[illegible] De nomine [illegible] [illegible]

2 De natura eius, et conuenientia et disconuenientia cum anno [illegible] 72, 73

3 [illegible] [illegible] 74

De eius uera supputatione 75

De annorum [illegible]

[illegible] non [illegible] [illegible] annum [illegible] [illegible] habeant anni [illegible] 93

De [illegible] anni numerandi [illegible]. 93

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Patrum 95

5 De [illegible] circa hoc sententijs 96, 97

De causis eiusdem [illegible] 98

De [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 107

De annis [illegible] 106

[illegible] De [illegible] [illegible]

6 De eius natione 94

2 De eiusdem duratione et mensura 105

3 De anno magno [illegible] [illegible] 100

&

cap. 3. De anno sacro, et Politico, eorumque initijs 74. 75
cap. 4. De [struck out] mensium primi anni lunari. 65

lib. 4. De anno lunari Turcarum, Persarum.

cap. pr. Quo anno utantur Arabes, et Turcae 76
cap. 2dum De eorum embolismo annique inconstantia. 77. 78
cap. 3 De anno Persarum, Aegyptiorum, et Aethiopum. 79

lib. 5 De anno Graecorum.

cap. pr. Quo anno utantur Graeci 80 73
cap. 2dum De intercalandi novitate, et de Cyclo ludorum 80. 81. 82
cap. 3 De Metonis Cyclo et periodo Calippi 83
lib. 6 De initio anni Graecorum 87 / De anno Juliano communi

cap. pr. De anno Romanorum ante Julium Caesarem, et de clavo annali 88
cap. 2. De eius emendatione 34. 35.
cap. 3. De anni Romani initio 91.
cap. 4 De concordantia anni Tropici, et Juliani 44. 45

Pars 3.tia De seculi partibus.

lib. pr. De Olympiade Graecorum
cap. pr. De variis Graecorum ludis 80
cap. 2. De inventione, et solemnitate ludorum Olympicorum 85
cap. 3. De periodo Olympiadis 84
lib. 2dus De Lustro Romanorum

cap. pr. De nomine et origine Lustri 89 de ...
cap. 2. De periodo lustri et eius ... ibid. 83

novam distinctam usque ad sexagesimam ... partem.

1

&

cap. 1 [illegible] innovatione [illegible] anni magni [illegible] 101 103
cap. 2 contra innovationem eiusdem argument. 102
cap. 3 [illegible] contra annum magnum [illegible] testimonia 104

[illegible] & [illegible] saeculo

cap. 1 de eius notione et etymologia 113
cap. 2 de [illegible] pro [illegible] hieroglyphicis 114
cap. 3 de [illegible] 115
cap. 4 de institutione anni sancti jubilaei annorum [illegible] 116
cap. 5 de contractione eius temporis per novos Pontifices facta 117 118
cap. 6 de ceremoniis anni sancti 119
cap. 7 operis conclusio 120

[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

De Partibus Anni Pars 1a
Liber I
De Minutis et Hora.
Cap. pm. de Minutis Horæ

Sæculum dividere in partes insigniores, necessariumque fuit negotii est: dividere horam quæ minimula sæculi pars est usque in sexagesimas sui partem est aliquid mirabilius. Ea propter commendabiliores erant qui [illegible] Republica qui [illegible] temporis in tot partes minutas secuerunt, quam qui sæculum per Olympiades, Olympiades per annos distribuerunt. Nisi major hominum pars [illegible] majores et ingentiores temporis portiones non satis [illegible] de minimis sibi curam non esse. Profundant tamen menses, et annos deplorabili [illegible] insanientia homines, neque de minutis curam gerant; Verum [illegible] sapientes divini laudibus efferendi qui pretiosissimam temporis [illegible] in minutias diviserunt gemmas ut eo [illegible] [illegible] quo subtilius distribuerentur [illegible] numeri [illegible] horas in quadrantes [illegible] minuta secuerunt. [illegible] (quod [illegible] semper erit) Non est [illegible] partitio mentalis tantummodo apud Eruditos, et a re [illegible] [illegible] horas in minuta [illegible] et [illegible] horam distinctam usque ad sexagesimam sui partem.

Minutum ergo, sive Scrupulum sexagesima horæ pars est, et sexaginta minuta horam integram in communi præsenti temporis usu constituunt. Quanta autem temporis mora sit minutum quantumque intervallum importet, ut clarius appareat, ad motum recurrendum est, cuius tempus est numerus, et mensura. Aiunt [a] minutum eam temporis esse partem, quæ consumitur á processu igniti globuli á bellico tormento, vulgo Colubrina, explosi ad tria milliaria peragenda. Asserunt enim deprehensum experimento esse pilam militarem, ignitam vi pulveris pyrij tria milliaria consumere unius minuti decursu, ut ad solidum cadat. Huius rei experientia, [illegible] supposita, cognoscere oportet [illegible] quantum spatij per horam idem globus transiret, si [illegible] ab æquali virtute ignis pulveris commotaretur. Etenim, si memineris, hora sexaginta continet minuta, Multiplica ergo 60. per 3. habebis in minutis 60. sive unius horæ decursu confecisse milliaria 180. Et sic ex hac alias temporis, et spatij comparationes fieri poterunt.

[a] [illegible]

Minutorum usus non mediocris commodi est eis, qui tempus terere nolunt. Cognoscuntur [illegible] temporis partes adeo distincte, ut possis nedum eadem hora, verum, ausim dicere, eodem momento actionem eandem quotidie repetere. Huius rei beneficio mediæ noctis, atque meridiei puncta, in nostris etiam Italiæ horologijs facile, et exacte deprehendis: quod non parum faciendum est, cum sic ingressus, egressusque [illegible] præceptorum pateat, quantum durent quandoque [illegible] est. Astronomis præterea inserviunt, qui gradus cœli ad nostras mensuras accommodantes ortum scilicet, [illegible], vel tardiorem, [illegible] in signa Zodiaci, Lunationum etiam, et Planetarum varios motus, aspectusque notabis usque ad minuta significant. Non me latet horam adhuc [illegible] diuidi, et minuta in minutiores partes secari: Ut sunt ½, ¼ minuti. Sed hæc Astronomis omitto, Quæ proprio nomine signantur accepisse contentus.

Cap. II

Cap. II De Horarum ratione

Si Horae Aethymologiam, nominisque radicem si requirimus de-
tegere ad Egyptios confugiendum est, Qui caeteris nationibus in na-
turalibus, humanisque disciplinis, aliis nationibus multa scitu digna
transmiserunt. Hi Solem qui horarum temporum divisionem est Pater Horum
vocant a cuius nomine tamquam a parente vocabulo Horae creduntur
appellatae. Huic rei fidem astruit Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 21.
Apud eosdem (Egyptios) Apollo qui est sol Horus vocatur [illegible]
A Sole ergo producti horae vocantur. Quarum quaelibet [illegible] conti-
net estque ipsa non nisi vicesima quarta pars integri naturalisque
diei, correspondens vicesimae quartae parti spatii caeli quod Sol uno
die decurrit. Peracta enim a Sole vicesima quarta parte sui cursus di-
urni horam intelligimus decursisse. Ex hac naturali et necessaria
dependentia, quam habent horae a Sole [illegible] cuius semper res
nostras humanasque omnia placuit, dummodo nostra sunare
qui Solem Deum gerere, Horas quoque Deos nuncupavunt. Ut alios
omittam Homerus, Horae Deae vocatae sunt, et ab Ovidio inter nostros
Latinos vates Deae aetheris dictae [illegible]

Verum de Horarum inventione et origine parum admo-
dum certi est. Multa enim feruntur quae fabulam sapiunt. Verum fuit
nonnullis satis probabile quod refert Polidorus Virgilius quodque
in aliis auctoribus notavi de Horarum primo adinvento. Ipse enim Polido-
rus in suo tract. de Inventoribus rerum lib. 2 cap. 5 haec habet de hora-
rum inventione. Quodam tempore Hermes Trismegistus cum in Egypto
sacrum quoddam animal Serapidi dicatum in tota die duodecies urinam
facere pari semper temporis intervallo observasset per duodecim horas diem
dividi debere coniecit. Eunde hic horarum numerus longo tempore
custoditus postea in viginti quatuor horas divisus est dies. Haec ille.
Quae certe aliquid fabulosi redolent. Quaecumque tamen illa sint hoc
satis rationabili coniectura deducere possumus Egyptios divisionem hora-
rum

[Margin notes: Macrob. Saturnal.; in Iliad.; x In P. Damian. de [illegible]; a Apud [illegible] Chart. [illegible] 5 cap. 2]

rum inventores fuisse; in quorum regionibus Matheseos et Astronomiae ceteris Academiis antiquius floruerunt.

Romam tandem vero horae pervenerunt. Quod mirum quidem semper erit Rempublicam omnium celeberrimam, populum commoditatibus illectum tamdiu durasse sine horarum ullo beneficio, ne neque notitia. In legibus duodecim Tabularum quae antiquissimae Reip. Rom. fuerunt nulla mentio horarum est. Sed primi illi Patres solis ortum occasumque cognoscere contenti res suas familiares publicasque quomodolibet distribuebant. Verum seriem diei partitio introducta est. Nam post aliqua tempora meridiem quoque notare coeperunt, sed ut nova consuetudo quae vix videtur fuerit totius populi commodo, ministrum Consules statuerunt Accensum vocatum qui voce elata meridiem nunciaret ubi umbra solis notum quoddam signum attingeret. Ex Plinij testimonio lib. 7 cap. 60 naturalis historiae: Duodecim [illegible] tabulis ortus tantum et occasus nominantur, post aliquot annos adiectus est et meridies, Accenso Consulis id pronunciante, cum a Curia inter Rostra et Graecostasin prospexisset solem. A columna Maenia ad carcerem inclinato sydere supremam pronunciabat. Sed hoc serenis tantum diebus usque ad Punicum primum bellum. Tamdiu ergo res suas sine horis Romani dispensaverunt donec horologiorum usus illatus Romam fuisset, quod quomodo et quando factum fuerit sequenti capite dicetur.

Illud autem temporis spatium quod communiter sub horae nomine comprehenditur non comprehendunt Graeci, sed horae nomen in ampliorem sensum accipientes illas quas anni vocamus tempestates Horas denominant. Has puto Homerus Deas, aliique caeteri, ut ipse eas vocat, custodes quae quatuor anni tempestatibus praesunt. Immo sub horae nomine scio quamcumque temporis portionem comprehendi sive annum, sive diurnum, sive nocturnum spatium significet. Ex quo

liquet

Liquet tamen horę, adventitium horarum esse, non proprium; quod tamen proprium fecit usus, et consuetudo.

Cap. III

De Horologiorum compositione, et usu

Diem in horas vigintiquatuor maiores divisere, quam communiter divisionem omnes fere amplexati sunt quamvis horas numerandi ratio non omnibus sit communis. Alij n. horas numerare incipiunt à meridie, alij à solis ortu, alij aliter ut de suo loco dicetur infra. Verum tamen semper omnium cura fuit tempus suum ita distribuere ut actiones quę in tempore fiunt, suo quęque ordine facta cęteris consonaret, concordarentque tam in foro, quam in domo, tam inter publica quam inter privata nostra quantum fieri potuisset optima dispositio, et harmonia. Huius rei causa factum est ut Horologia conficerent tam sciothenica, hoc est solaria per eam, quam gnomonicen vocant, quam Hydraulica, sive Clepsydras, sive arenaria sive rotalia ex ęre argento auroque, potius nullo in modo tempus sibi distribuunt. Solaria ad nihil inserviunt si sol occidat, vel nubibus tegatur. Etenim cum totum eorum artificium ab umbra pendeat styli, sole remoto ipsa suum munus exequi haud possunt. Cęterum non unius artificij omnia sunt et praeter ea quę vel in tabulis vel in parietibus directo lumini exponuntur sunt, quę lumine reflexo horas in tecto mobili demonstrant alia, quę beneficio [illegible] speculorum, lumine allato inter remotiora domus penetralia, sol vel nobis ipsum cogunt sibi horas designare. Sunt quoque alia ferme in nobis à natura descripta quibus tempus dignoscere possumus. Ut si manum extendas ad solem uno digito elato qui gnomonis vicem gerat horam deprehendes in manus lineis, digitisque [illegible]

Cuiusmodi etiam est illud: Si tuus ad solem statuatur nasus hianti
Ore; tuis dices dentibus hora quota est.

Verum

Verum horum ratio, et artificium sit penes Gnomonices peritos. Nobis n sufficiat naturam ipsorum tetigisse.

Sed cum nihil pertinet publico commodo Horologia Sciotherica si sol occidat vel nube incubatione radij, ideo aliud tempus in horas diurnas demonstrandi subtilissima hominum industria invenit. Ex rotarijs machinis vi elastica donatis vel pendulo pondere instructis indice lance, tintinnabuloque admonente tempus horarium currat et dige rit. Atque vel a summum communitate, vel in aedibus privatorum, et usque ad la nobilium usque in anulis magnatum ante oculos etiam sibi noctuque diuque, sereno caelo, vel nubilo fidelissime demonstrat, et proclamat. Nostris temporibus horologiorum usus frequens satis est in quibus transalpinorum nedum sententia sed patientia deprehen ditur in secandis minutissimis rotis, in colligandis subtilissimis cate nis in recludendis elaterijs, quibus miranda automata instrumen ti propria animant. Sed eo modernorum artificum praestan Anglorum seu ipsorum communi opinione praeferuntur studium devenit ut in machina non ore majori tibi in oculis ponant quota mensis dies sit, quota lunae, horas quoque et horae minuta. Insuper soli continuant motum illum artificio ut ad praestitutum tuum horas no cturno tempore sua notas, et tandem qua hora evigilare cupis certissime expergefaciat. Veteres tali beneficio caruerunt, Hydrau licis tantum, et arenarijs horologijs tempus metiri consue vere.

Hydraulica horologia vetera illa quorum artificium ab aqua pendet qua cum ibi movetur, de quibus Vitruvius disserit lib 9 c 9 quae veteres clepsydras Vitruvii nominatas erant, id normam nostrorum arenariorum, sed pulveris loco aqua guttatim destilla horae tempus per sui diminutio nem praesignabat. Sic ea describit Apuleius in principio 3 lib Asini aurei: Sic rursum praeco amplo vocatu citavit accusator quidam senior a b. genom inveni vasculo 1 2

Senior exurgit, et addicendi spatium vasculo quodam ~~[illegible]~~ [illegible] vitro graciliter fistulato, ac per quod guttatim defluo ingesta aqua populum se adorat [illegible], quem tangit Apuleius metiendi orationis tempus ad comprehendam libidinem dicendi nostrorum Causidicorum etiam nunc in Tribunalibus servatur arenarii Clepsydrae antiquorum suffecti, pro quibus dicebat Plinius iunior ad Pompeium Falconem

Plinius Epist. scribens lib. 2 epist. 14 [illegible] causis agendis, quod Romae adhibebat, et qui eundem possit facere quemcumque [hanc] indentum clepsydra indicit et lib. 6 in epistola 2 ad Arrianum: Quia pauciores Clepsydras praecipitamus causas. Est hac in re Martialis facetum Epigramma quo subsannat Caecilianum quendam qui exposcebat a Iudice plures Clepsydras, ut amplius spatium remanerent causam suam dicendi, interim nimia sitiens proclamatione atque prolixioris ~~[illegible]~~ orationemque, potitabat ~~[illegible]~~ audiendum tedio, et nauseam. Sic igitur lib. 6 Epig. ~~33~~ 35 pulsabat.

Martial. Epigr.

Septem Clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter invitus, Caeciliane, dedit.
Sic tu multa diu dus utrasque tenente
Ampullis potas semisupinus aquas:
Ut tandem saties vocemq. sitimq. rogamus
Iam de Clepsydra, Caeciliane, bibas.

Plinius in naturali sua Historia lib. 7 cap. 60 mentionem facit ~~[illegible]~~ Hydraulicorum horologiorum dum ait a Scipione Nasica primum aqua divisas horas fuisse. Etenim ut supra dictum est Romanis tamen sero cognitum horologiorum genus sunt et post Papirium annum [illegible] tantummodo aliquod horologii certiorem agnoverunt [illegible] a [illegible] bello [illegible] Valerium positum fuit in quo tamen male congruebant horis lineae. Sed quidnam olim ~~[illegible]~~ fuerat etiam incompositum, pro iucundo, inutile pro summo erat beneficio. Eodem loco ait

[illegible] lib. 6 epig. [illegible]

[illegible] Epigram. [illegible]

Sicut ait Plinius. Nec congruebant ad horas eius lineae: paruerunt tamen ei undecentum annis, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Censor, diligentius ordinatum iuxta posuit. Idque munus inter Censoria opera gratissime acceptum est. Nonaginta igitur et novem annos horologio ~~[illegible]~~ [illegible] infideli paruerunt Romani usque ad Censorem Q. Marcium Philippum, qui exactius alterum instruxit. Sed nubilo tempore nusquam horae distingui non poterant. Scipio Nasica communi beneficio consulens habuit aquarium instituere horologium, quod dies pariter nocturnis per gradus signatos in horas dijudicavit. Etiam tum tamen nubilo, prosequitur Plinius, incertae fuere horae. Tunc Scipio Nasica collega Lenati primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicavit anno urbis quingentesimo nonagesimo quinto. Deinde rationabili epiphonemate concludit Plinius: Tamdiu populo Romano indiscreta lux fuit.

Cap. IIII

De Horologiorum origine.

Quamvis cap. superiori ex Plinii testimonio visum sit quando Romae primo horologiorum usus inventus fuerit, non est tamen existimandum illud omnium annum fuisse. Nam in hoc numerandum magis apparet quod cum fuerint iam horologia primis [illegible] exposita, Roma adeo sero ea acceperit. Idem Plinius lib. 2 cap. 76 Lacedemonios omnium primos facit qui haec commoda sibi sint usque subministrasse. Anaximenem Milesium quem facit [illegible] horologiorum inventorem [illegible] Vitruvium quia de horis [illegible] originem nominum in dubium vertente certiora his esse ostendunt. Umbrarum rationem ait Plinius et quam vocant Gnomonicam invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri Thaletis discipulus, primusque horologium quod

quod appellant sciotericon Lacedemone ostendit

Verum Plinius decipitur, cum institutionis Anaximene pro-
dantur memoriae quibus horologiorum solariorum artificium, usque
demonstratur. In sacris Libris * pluribusque in locis, sed signanter
16 - R... 4 Reg. cap 20 mentio fit Solaris horologii Achaz Regis, qui Ana-
ximenem ducentis annis praecessit. Ille namque tempore pri-
mae Olympiadis regnasse dicitur. Hic vero circa quinquagesimam
videtur vixisse. Horologiorum ergo originem nulli Graecorum tribuen-
da est, sed vel Hebraeis vel Aegyptiis, a quibus primitus Hebraei plu-
rima signa didicerunt ex longa consuetudine, credibile. Caeterum
Laertius [illegible] verum, si Laertio credimus non Anaximenis sed ipse
sic Anaximander de quo ipse auctor ... in vitis Philosophorum
... Anaximander Thaletis praeceptor fuit, gnomonem primus invenit.
De eodem Anaximandro in eius vita lib. 2 sic ait. Primus autem
gnomonem invenit, ... Lacedemone in loco capiendis umbris
idoneo statuit. Sed ut dictum est nec is primus fuit cum Achaz circa
... primae Olympiadis regnaverit ut refert ... in
... ... Achaz et Anaximandrum Apollodorus Atheniensis in
Chronicis ait secundo anno LVIII Olympiadis annum egisse aetatis
sexagesimum quartum ac paulo post obiisse, teste eodem Laert.
Sed de horologio Achaz non ignobilis insurgit quaestio, quam
sequenti expendemus.

Interim accipe ... Plauti ... ho-
rologii, [illegible] qui ... tempore ... horologia ... non ...; ... qui floruit [illegible]
a ex ... no 66 3. ... Poetae contemporaneus, qui Scipionis Africani tempore vixit
... hoc est circa An. Urbis 550. Notandum autem supra ex Plinio
quod horologia ... circa id tempus Romae a Marcio Philippo
ordinata sunt, ... ad supplementum solariorum ... ...
Scipio Nasica hidraulica [illegible] invenit anno urbis 595. ... igitur
Plautus

Parasitum quemdam in Comœdia, cui titulus Bœotia induxit imprecantem mala ei, qui primus per Gnomonem diem in horas diviserit. Ostendit se esurire, et expectandum esse comestionis horam, ad quam non indigeret horologio ad ~~[illegible]~~ grandiorem cognoscendam quæ ventrem consuleret esurientem. Verba ipsius sunt apud Aulum Gellium Noct. Atticar. lib. 3. cap. 3. suntque hæc.

Plautus apud Gellium

Illum Dij perdant primus qui horas repperit
Quique adeo primus statuit hic solarium.
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uterus hic erat solarium
Multo omnium istorum optimum et verissimum.
Ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.
Nunc etiam quod est non est, nisi soli lubet
Itaque adeo oppletum est oppidum solarijs,
Maior pars populi aridi reptant fame. x

x Vitruvius in Architectura sua lib. 9. cap. 9. multa solaria horologia addidit, eorumque inventores ad quem te remitto si minutius hæc scire cupis. Ibi etiam invenies non pauca de Hydraulicis.

Vitruvius

Cap. V.

De Achaz Regis Judæ Horologio

Quæstionem, quam cap. superiori de Achaz horologio promiseram, integro hunc capite exequam ut pro more diffusius tractaretur. Primum in eo dubium id est. Num tales quas illud horologium indicabat essent horæ, sive lineæ illæ [illegible] tempo: ris intersectione [illegible] quantum una ex nostris horis. Ratio et fundamentum præsentis dubitationis habentur ex sacra scriptura. Postulanti n. [illegible] Regi Ezechiæ in testimonium recuperandæ sanitatis ab Isaia ~~[illegible]~~ aliquod signum, a propheta ~~[illegible]~~ responsum 4 Reg. 20. 9. Hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermonem quem locutus est: Vis ut ascendat umbra decem lineis an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile est umbram crescere decem lineis, nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsum decem gradibus. Invocavit itaque Isaias Propheta

lib. 4 Regum

Propheta Dominum et reduxit umbram per lineas quibus iam de-
scenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Hebraei pro
horis lineas habent. Nam fabulantur de die quo mortuus est
impius Rex Achaz decem horas detractas fuisse, ne iniquo homi-
ni tempus exequiarum suppeteret. Tunc autem ad planctum pijs-
simi Ezechiae [illegible]. Alij ne temporum confusio oriretur decem alias
horas restitutas fuisse. Semper humore nugis detinentur Hebraei.

Dissentiunt ut fieri solet, hac in quaestione eruditi seu
interpretes, et in duas classes dividuntur. Alij horas integras volunt
alij dimidiatas. Pro primis est S. Dyonisius, S. Augustinus vel quicumque
sit autor [illegible] Sacrae Scripturae, Chaldeus, Beda, Angelomus
Eucherius apud A Lapide [illegible]. Pro secundis est Caietanus [illegible]
[illegible], A Lapide ~~[illegible]~~ Pro utrique sententiae ex-
ponit figuras horologiorum Zyranus in Comment. 4. Reg. cap. 20
ubi mentem suam non aperit, alias opiniones exposuisse contentus.
Qui horas integras fuisse sustinent, ea ratione moventur quod commu-
niter in horologijs linea horam significet, nec credendum est tunc
[illegible] quam quae in communi conversatione tunc
[illegible] horas denique vocatum fuisse. Verum Caietani opinio proba-
bilior [illegible] nititur fundamentis. Etenim datum fuit planius
[illegible], quod in arbitrium [illegible] sibi eligeret umbrae ascensum in ho-
rologio per decem lineas vel descensum. Ex quo manifeste gra-
vet horologium illud saltem viginti lineis instructum fuisse ut optio Regi
data ~~[illegible]~~ adimpleri sine contradictione posset. [illegible] minus viginti li-
neis horologium describeretur non potuisset Rex postulare decem ascen-
sus vel decem descensus pro arbitrio. Si ni postulasset decem gradus
ascensus non remansissent ex altera parte decem descensus. Dicendum
est igitur viginti saltem lineis illud horologium signatum esse. Dico au-
tem, quia si umbra tunc temporis non esset in puncto medio, a quo
ascendere

ascendat, et descendat, puta quando est brevissima, vel in meridie, plures quam viginti horae requirerentur, ut patet consideranti. Ergo si quaelibet linea horam integram importat, viginti horas illud horologium continebat. Quas quidem nec nostris horizontibus dies possunt tribui, qui ad summum sexdecim continent, multo minus horologii Palestinorum, qui sub 33° aut circiter gradu elevationis Poli constituti brevissimos dies paulo minus decem horis habent, longissimos paulo amplius quatuordecim. Exponit rationem hanc paucis verbis P. A Lapide in cap. 38 Prophetiae Isaiae vers. 8 [illegible] 2 dum ait: Quia si decem gradus decem essent horae, non potuisset umbra progredi decem horis, et etiam regredi decem horis, uti proponit Isaias. Alterutro enim facto subiret vel in progressu, vel in regressu umbrae ad decem horas fuisset profunda nox, ubi nulla est umbra.

Sed primae sententiae auctores conantur respondere Caetano et volunt non horas viginti horologium illud continere sed tantummodo quot opus erant. Solem autem tunc occasui non distare quando Isaias miraculum Ezechiae proponit. Umbram autem retrograde accipientes pro ipso Sole dicunt propositum Prophetae esse ut rogaret ne Solem iam ad occasum vergentem adeo accelerato cursu praecipitem ferri ut statim spatio decem horarum transacto fieret nox profundissima puta si ab occasu [illegible] horas distaret tantum properans ut nonam noctis horam attingeret. Vel potius retrocedendo repeteret gradus decem iam elapsos, et ad horam rediret matutinam, a qua iam per decem horas discesserat.

At huiusmodi explanatio difficultatem non tollit, videturque denuo scripturae magis conformis Caietani sententia. Quia in supra allatis verbis sacri textus totum planum cadit sub umbra, non [illegible]. Qui quamvis motum accelerasset usque ad nonam noctis, non appareret tamen in horologio Achaz talis accelerationes vestigium quas in nocte

nocte nulla umbra per solem videtur. Signum autem huius sanitatis debebat esse Regi postulanti, et eligenti in quamcunque partem voluisset sive ascensus sive descensus omnino obvium, et visibile. Restat ergo ex Caietani dicendum sententia non horas signatas fuisse, sed horologium in gnomone, et dimidiatas distributum esse ita ut sol vel retrocedendo vel anticipando per decem lineas horas tantum quinque accurreret vel expediret. Ex eo autem haec opinio roboratur, quod in

lib. Iosue — Iosue lib. cap. 10 14 scriptum est: Stetit itaque sol in medio caeli et non festinavit occumbere spatio unius diei, non fuit antea nec postea tam longa dies. Quod quidem falsum esset si lineae per quas sol in horologio regressus est decem horas importarent, quia ad summum dies illa Iosue importabat 28 horas, quantum important duae e longioribus diebus. Verum haec Ezechiae dies plures importasset, nempe quinquaginta triginta. Nam primo importasset illas decem per quas ordinarie descenderat in suo naturali motu, deinde alias decem retrocedendo, quia dictum est, et reversus est sol, hoc est per ambulationem decem lineis per gradus quos descenderat scilicet in horologio. Tandem decem alias ut rediret ad idem punctum a quo retrocedendo discessit. Quae sunt ter decem, hoc est triginta, et post has, illas omnes quae confici remanebant in horologio per naturalem motum quando retrocessit, puta si 1 vel duo remansissent, horas 31 vel 32 haec dies importasset et sic Iosue die fuisset diuturnior. Atque videtur sic Dionysii intentio, quam re-

Dionysius apud Lyranum — fert Lyranus in 4 Reg. cap. 20 sic scribens: Haec videtur opinio Dionysii in epistola ad Polycarpum, ubi loquens de ista retrocessione solis dicit: sol vel decima hora erat, Deo praecipiente recedavit ad orientem aliis decem non designatis, deinde rursus decem horas aliis ad occidentem, ... sed et reddidit diei duas horas

Verum omittere non possum ~~[illegible]~~ opinionem Pau-

Paulus Burgensis — li Burgensis in additionibus ad Postillas Nicolai de Lyra l.c. expositas.

cogitatam. Putat hic, Auctor non solem retrocessisse sed umbram tantum
Aid si quod hoc tantummodo proponit Isaias ubi dicit. Sicut ascendit
umbra etc., et Ezechias. Facile est umbram crescere et verti
de Gaia diei redire umbram per lineas. Poterat si Deus ceteros
solis radijs in suo motu relictis una cum, solo eos tantum inverti
teri qui stylum horologij dirigebant, hoc autem Ezechiae proti-
[illegible] sufficiebat, immo aliud in solis superfluum erat quia hoc illud
de horologio e sua loco spectare poterat Rex moribundus. Et
sic Burgensis absolvit questionem de diuturnitate huius diei, dum
ait. Quae quidem retrocessio et reversio non amplius duraverunt quam
per duas horas ut sic simul terminaretur dies artificialis cum re-
trocessione et reversione radij solaris, et umbrae. et sic illa dies in
toto orbe nec fuit maior, nec minor solito nec etiam in horo-
logio Achaz. retrocessio tamen radiorum Solarium seu retrocessio si-
militer et earum reversio fuerunt tantummodo in horologio A-
chaz supernaturaliter factae. Vide in additionibus citatis ad Liranum
ubi fusius mentem suam exponit additque figuram Horologij Achaz
in cuius descriptione, et expositione conatur sententiam suam pro
certa persuadere, absque ulla, ut ipse ait, temeraria assertio-
ne, et salva semper sanctorum Doctorum auctoritate. Tuentur
hanc opinionem praeter Burgensem Vatablus, Arias Montanus, et
nonnulli alij.

Sed communiter ab interpretibus sacris dicitur, 1.º quia
dicitur 2 Paralip. 32 31 ad in legatione Principum Babylonis qui
missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat
super terram. Quod portentum universaliter a Patribus intelligi-
tur de tali retrocessione Quae manifesta non esset, et Babylo-
nijs si solum per umbram in ~~[illegible]~~ horologio facta fuisset et
non in, sole ipso. Secundo quia manifeste dicitur Isaiae 38. [illegible]

Ecclesiast...

Conditur...

Matthaei Tho...

lib. 2. Paralip.

Isaiae

Ecclesiasticus regressus est sol decem lineis et Ecclesiasticus 48. 26 loquens de

Ezechia: In diebus ipsius retro rediit sol, et addidit Regi vitam

Unde gratis à tali reversione sol excluditur à Burgensi. Tertio

Cornelius à Lap. ob rationem quam affert à Lapide in cap. Isaiæ 38. 8 quæst. 3a ho-

ris. Quia talia horologia, in quibus sola umbra retrocedat natu-

raliter erigi possunt ubivis locorum scilicet: si ita erigantur plana

ut altitudinem poli habeant minorem quàm graduum 23 cum m. Un-

de ubi ea est altitudo scilicet inter æquatorem et alterutrum Tro-

picorum Cancri scilicet aut Capricorni naturaliter id accidit.

Huius rei demonstrationem habet noster P. Clavius in fabrica

instrumenti ad horolog. c. 21. Hæc à Lapide, qui affert doctores

qui pro hac sententia stant, ut sunt S. Hieronym. Cyrillus, Procopius

Haymo, Lyran. Hugo, Adamus, et alij ac nominatim S. Dionysius

ad Policarpum, et P. Clavius.

Præ omnibus tamen contra Burgensem insurgit in

Mathias Thoringus suis Replicis ad additiones eiusdem Burgensis Mathias Thoringus et

omnia quæ Burgensis congerit in patrocinium opinionis suæ, Thoringus

singillatim refutat. Ommitto referre singula, ad quæ tamen te remitto

aliqua autem sic expono. Inter cætera inconvenientia quæ ex Bur-

gensis opinione sequerentur, quinto loco hæc congerit. Quod scilicet

maiori, multiplicioque miraculo opus fuisset si tantum umbra rece-

dasset per horologij lineas, quàm si ipse sol. Unico n. miraculo vi-

delicet solis retrocedentis id totum erit factum salvari. At si um-

bram tantum retrocedere facis præterquam quod ipsa umbra supra na-

turaliter reuertitur separes radium à sole faciesque quod illuminet

indirecte à corpore lucido. Vel si mavis, dicere illum ra-

dium qui facit styli umbram retrocedentem non esse à sole, sed à

Deo vel denuo creatum, vel aliunde adductum. Insuper impediri opor-

tuerunt cæteri solis radij ne umbram miraculi confunderent. et

alia

alia huiusmodi ibidem ponit, quae quantum [illegible], et probabili-
tatis sibi arrogant, tantum detrahunt Burgensis sententiae.

Cap. VI

Quid videtur sentiendum in praesenti quaestione et de multiplici horologiorum usu.

Postquam aliorum mentem vidimus postulabit fortasse ali-
quis, ut propriam statuam sententiam, quidem ~~[illegible]~~ hac in re proba-
bilius [illegible]. Quamvis in hac controversia se iudicem constituere [illegible]
varium sit, cum tot hinc inde et rationum, et auctoritatum fulciatur praesi-
diis, ut unicuique magis pateat, quo magis quisque sibi credit in se liberum pro-
esse. Verum si dicere liceret, salva semper Patrum reverentia et authori-
tate, dicerem ex his, quae dicta usque modo sunt, probabilius ~~[illegible]~~ vi-
deri Caietani opinionem, quamvis altera tot fortiorum protegatur, laudis ob
rationes cap. superiori expositas. Quas validissimas, et pene insolubiles puto,
stando in quaestione [illegible] nempe num lineae illae horologii Achaz in-
ferrent horas integras, vel semisses. Nam Burg. opinio communiter [illegible].

Verum cum vero posset quis non sine plusquam tenui pro-
babilitate ab huiusmodi [illegible] se expedire dicendo li-
neas illas non importare absolute horas nec integras, nec medias, nec qua-
drantes ~~[illegible]~~, sed insigniri [illegible] aliquas distantias a quodam [illegible]
fixo recti meridiani, ut cuiuntque dignoscere possent tempus quantum
a meridie distaret per accessum, vel distaret per recessum, hoc est mane
et vespere. Posset autem haec opinio suaderi hisce fundamentis. Primo, quia
in sacro textu nunquam de horis fit mentio cum loquitur de horologio Achaz
sed semper sermo est de gradibus et lineis. Mirum sane quod cum plurimum
contulisset ad magnificationem huius miraculi divini quantis horis sol retrocessisset,
scriptura non dixerit, cum etiam de horologiis horarijs communiter dicatur
Umbra v.g. distat tribus horis a meridie, et non tribus lineis. Secundo quia
[illegible] cum horis inaequalibus, et artificialibus, insuper et maio-
ribus,

ubus ut ~~[illegible]~~ [Juna, scala] etc. de quibus dicetur infra [illegible]. Pro nunc dicere sufficiat hu-
iusmodi generis instabiles esse confirmantes se dici, cum vel modo brevior, modo
sit longior, fiunt ~~[illegible]~~ non plures, vel minores ut fit de horis qua-
libus naturalibus, sed modo maiores modo minores. Cum in artificialium
natura sit in duodecim partes quamcumque diem secare, ipsae duodecim
partes, quae horae artificiales dicuntur fiunt modo breves modo longae.
Non posse autem huiusmodi horas in horologiis describi manifestum est,
saltem si sermo est de horologiis quorum usus integro anno inserviat,
ut fiunt universaliter ista solaria, cuiusque etiam naturae erat illud Achaz.
Ad summum poterunt describi in horologio quod uno vel duobus tan-
tum diebus in toto anno inserviat. Tertio quia satis notabile est illud
horologium non fuisse tali artificii perfectione ~~[illegible]~~ elaboratum ut
nostra sunt quae tempus exacte in horas, medias, et quadrantes divi-
dunt. Quia vero illud horologium primum fuerit, sustinuit ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ quod in scripturis historiisque sacris, vel profanis legatur
~~[illegible]~~ [fortasse erat] primum vel de primis factum fuit. Sic enim
n esset quod si res multo temporis ante inventa horologia fuerant
[illegible]
non aliqua memoria penes antiquos scriptores apparuisset. Si igitur vel [illegible]
primum vel de primis fuit verosimile est non tantocius artem ad
exactam cognitionem perfectionemque devenisse. Sed, ut quotidie
experientia comperimus, omnium rerum initia infirmaque esse princi-
pia et praecipue in mechanicis deinde successu temporis [illegible]
in melioremque formam reduci; ita de horologiis fabrica dicendum
est immo a fortiori, cum ad eius constructionem plures requirantur no-
titiae sphaerae [illegible] quas in initio vel ut initio talis adinventionis
non est credibile ad perfectionem illius temporis [illegible] et
prima horologia quae extitebant, horas adamussim divisissent usque
medias vel quadrantes, tali perfectione et artificio, ut nostris tanto
studio elaborata et post tot industrias inventa nihil desiderandum relinquat.

a cum 1 Lapide in c 38 Isaiae [illegible]

[illegible]

Neque sic loquendi obstaret dicere, quod scriptura utatur nomine horologii ad illud instrumentum indicandum, ergo signum est quod horae, vel eius partes in eo fuissent descriptae. Quia respondeo posset nomen horae non esse proprium nomen eius partis temporis, quod nos sub horae nomine comprehendimus, sed nomen horae convenit cuicumque parti temporis, ut supra suo loco dictum est. Dixit autem interpres noster horologium, quia illud instrumentum quod demonstrat aliquas portiones temporis, quae horae appellari possunt, non alio nomine quam horologii donari poterat. Confirmari aliqualiter potest sic sentiendo auctoritate [illegible] Alphonsi Tostati Episcopi Abulensis, qui super 4 Lib. Reg. lib. 4 in cap. 20 quaest. 24 videtur non se resolvere ad determinationem partis temporis quod umbra quaelibet importabat. Ait: Dicendum autem videtur quod isti umbrae, vel gradus erant mediae horae vel quartae ... et tunc poterat fieri hoc modo quod horologium quaerebatur [illegible] in meridie vel quasi. Hac indifferentia mentem suam aperuit Abulensis. Si hoc quod usque dictum est sua probabilitate fulcitur, libentius [illegible] Tostatus Abulensis

Ad complementum eorum quae de horologiis diximus, non erit prorsus inutile subdere aliqua de multiplici usu huius instrumenti. Sicut enim dies maiores nostri in horas vigintiquatuor diviserunt noctem, diemque amplectentes ita haec instrumenta adaptantur ad tot horas praesignandas, in quot dies dividitur. At quia non omnium nationum fert consuetudo ab eodem puncto diem incipere, ideo non omnium gentium usus horologiorum est communis, sed ea accommodant patrio mori, et propriae regionis praxi. Itali nostri communiter diem ab occasu incipiunt, et in sequentis diei occasum terminant. Et propria horologia tali partitioni accommodant, ut sol in gnomone vel stylum in rotaeque indicent quota sit hora, numerando horas ab occasu solis diei praecedentis, quamvis nox media intercedat. Illam ergo horam, quae immediate occasum solis subsequitur, primam vocant, alteram secundam et sic de reliquis cum hoc ordine per singulas, usque dum veniat alius solis occasus

occasus, qui horam, qua euenit, uigesimam quartam denominat. Igitur p.º mane inuenies in horologijs indicium, quantum longa nox fuit. Si n. ad solis ortum uel nouem, uel duodecim, uel quindecim presignatum reperies, nouem, uel duodecim, uel quindecim horas intelliges à solis occasu transijsse, quod est tempus nocturnum. Quę autem ab illa hora prima matutina supersunt ad uigintiquatuor, dant diei longitudinem; ut si ad nonam, uel duodecimam dies fiat, quindecim uel duodecim supersunt ad uigesimam quartam. Quindecim ergo, uel duodecim horis longa tunc erit dies.

Huic nostrę consuetudini directe opponitur Babiloniorum usus, qui ab ortu solis incipientes diem, horam quoque primam ostendere faciunt in horologijs, quę ortum solis immediate subsequitur, et uigesimam quartam in ultimam noctis quę diem immediate antecit, reponunt. Horum horologijs ad occasum solis demonstratur quanta fuerit longa dies, quantaque erit postera nox. Verum Italorum usus, qui tempus premonstrat quantum erit futurum, ut actiones diei recte distribuant, praeferendus est huic Babiloniorum, qui prope inutiliter tempus iam elapsum indicit. Nihil n. confert ad oeconomiam operationum nostrarum scire quantum tempus fuerit, si bene, uel male actum sit; scire autem quantum erit, nimium confert ne male, sed bene agatur.

ffis omnibus addendum est studium orationis. In re enim tanti ponderis à Deo lumen, et auxilium petendum est. Nam quamuis laudabiliter se gerat, qui in arduissimo negotio tot examina instituerit, à Domino tamen euentus felicitas expectanda est, quia uerissimum est illud Prouerb. c. 19. 13. Tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. et subdit statim: Domus, Prouerb. et diuitiæ dantur à parentibus; à Domino autem proprie uxor bona. Ratio autem tantæ sollicitudinis, et inquisitionis subministratur à Theophrasto in lib. de Nuptijs relato à S. Hieronymo lib. i. contra Iouinianum. Quoniam nulla est uxoris electio, sed qualiscumque obuenerit habenda, si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, quodcumque uitij est post nuptias discimus. Equus, bos, asinus, canis, et uilissima mancipia, uestes quoque, et lebetes probantur prius, et sic emuntur. sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quàm ducatur. Theophrastus + apud Hieron.

Dixit autem nullam esse uxoris electionem, quia tot adhibitis diligentijs adhuc homines coguntur, ut eam hanc feliciter conduxisse sit, potius fortunæ, seu ut uerius dicam Dei totum opus, quàm electionis, et humanæ prudentiæ. Sed maioribus in tenebris ipsæ puellæ sunt, quarum Virginalis honestas nullo modo patitur, ut sibi eligant sponsum, sed Parentibus eam omnino relinquere debent. Non est uirginalis pudoris eligere maritum, ait S. Ambrosius lib. i. de Abraham cap. ultimo. Et liquet hoc idem in Carmine Nuptiali Catulli. Quod perpere nisi perpe[...] Parentes et infra sponsum alloquens. At tu ne pugna cum tali coniuge uirgo. S. Ambrosius

Non æquum est pugnare, pater cui tradidit ipse, — Catullus
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est.
Tertia pars Patri data, pars data tertia matri;
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Filijs quoque æquum est ut negotium parentibus committant. sic fecit Sampson, ut

Judicum — ut legitur in lib. Judic. cap. 14. 2. Nunciavit patri suo, et matri dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum quam quæso, ut mihi accipiatis uxorem. Vel saltem de eorum consensu, et placito, sic pietas et honestas suadent. Nec defuerunt inter Doctores morales, qui peccati mortalis reum facerent qui consilium de ducenda uxore à Parentibus non petijssent. Ita Sanchez lib. 4. de Matrimonio apud Tamburinum Explicat. Decalog. lib. 5 cap. 2. §. 3. n.o 6, et Busembaum in medulla moralis Theolog. lib. 3. trac. 3. cap. 2. dub. 1. n.o 3, qui etiam docuerunt inobedientiæ reum esse, si sine placito Patris uxorem indignam duceret sine iusta causa, vel sine iusta causa dignam non duceret postulante Patre. Eæ autem uxores non sunt accipiendæ quæ viro, et viro cum sibi invicem in his gradibus affinitatis, et consanguinitatis sunt in quibus matrimonia prohibentur contrahi, de quibus sæpe Moralistæ. Tanta fuit corruptella Gentilium, ut Theodoretus quæst. 24 in c. 18 Levit. et in hoc cap. Levit. ab A Lapide sic scribat: Persæ in hunc usque diem non sororibus solum, sed etiam matribus et filiabus nuptiarum Lege commiscentur. Additque Cornelius à Lapide apud Ægyptios usitata fuisse coniugia fratrum, et sororum et ex S. Hieronymo lib. 2. contra Jovinianum Indos Æthiopes, ac Medos cum matribus, et filiabus concumbere solitos. refertque [illegible] Euripides Andromache: Tale est omne barbarum genus.

[illegible] Pater cum filia, filius cum matre

[illegible] Miscetur soror cum fratre.

Fugiendæ quoque sunt nuptiæ quæ fiunt inter eos quos Canones vocant disparem cultus, et religiones. Cautum et hoc fuit à Domino in veteri Lege Exodi 34 16. Nec uxorem de filiabus eorum (idest gentium) accipies filijs tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant et filios tuos in deos suos. Hoc idem repetitur Deuteron. c. 7. et 3. Regum c. 11. et ubique propter periculum subversionis à religione

Omnis.

Sanchez
Tamburinus
Busembaum
Theodoretus
Cornelius à Lapide
Exodus

. . . . Omnibus quoque manifestum est polygamiam, sive plu-
rium uxorum uno tempore convictum, vetitam esse, et quidem lege naturæ
ut communiter sentiunt fere omnes Doctores præter Durandum in Durandus
4. sentent. dist. in 33. et Abulensem in c. 19. Matthæi putantes post Abulensis
tum Christi Domini præcepto in Evangelica lege prohibitum fuisse, alioqui
fuisse licitam. Verum, ut dictum est opposita sequuntur Doctores communiter.
est huius mentis Pererius qui in cap 16. Genesis n. 22 disputat.
Verumtamen sententia Theologorum contra sententiam, et decreta Pererius
tiam in Quarto Dist. 33. plane sequenda est, quæ magnam habet fidem
ex auctoritate Innocentij tertij in cap Gaudemus de divortijs, opti- Innocentius III
ma ratione probantis nemini ullo tempore polygamiam sine dispen-
satione divina fuisse licitam. Igitur si aliquando legitur Patres, et Patri-
archas illos aliquos sanctissimos contra Monogamiam fuisse, hoc est
plures uxores simul tantum uno tempore habuisse, dicendum est ut à Lapide, et alij
in hunc locum sive ut supra factum esse dispensatione divina. Deus enim potest dispen- Cornelius à Lapide
sare in lege naturæ, præsertim si ea sit secundaria, qualis est ea quæ
vetat polygamiam. Sed quia in scriptura multis in locis legimus illos
Patres concubinas habuisse, quod vocabulum inhonestatem sapit, et in malum
sensum posset interpretari, opere pretium est honestissimos viros ab impostura, et
à falsorum scriptorum calumnia vindicare dicendo quas scriptura aliquando concubinas appellat veras
fuisse uxores sed non primarias. Una enim erat mater primaria uxor, penes
quam erat dominium, et moderamen familiæ, cuius quoque filij Patris fa-
miliam legitimi, et naturales hæredes futuri erant. Cæteræ autem uxores
secundariæ erant, nec ad dominium familiæ destinabantur, neque earum filij
ad hæreditatem vocabantur. Hæ autem modo in scriptura vocantur uxores
modo concubinæ. Primaria autem uxor nunquam dicitur concubina, sed
semper uxor tantum. Ita Pererius l. sup. cit. n. 23. qui postquam a Pererius
huius nominis appellationis exempla ex scriptura attulit, subdit nonnulla
quæ omittere haud possum. Eruditionem enim nobilissimam præferunt.

Ergo sentiendum est morem fuisse tam apud Hebræos, quam apud alias gentes, ut si quis multas haberet uxores, una tamen earum primaria ac principalis esset, quæ mater familias ipsa dicebatur, sociaque viri

Peren. erat in gubernatione familiæ, atque eius unius liberi bonorum viri hæredes censebantur. De qua re non est hic tacendum quod à Gellio ad

Gellius notatum legimus. Gell. lib. 10 c. 6. Matronam esse dictam proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi sibi liberi nondum nati forent, dictamque esse ita à matris nomine, non adepto iam, sed cum spe, et omine mox adipiscendo, unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias appellatam esse eam solam, quæ esset in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui hæredis locum venisset. Sic illæ Concubinam porro appellabant eam, quæ licet quantum ad veritatem et substantiam matrimonii legitima esset uxor, non tamen admittebatur ad æqualem cum viro societatem in victu, et administratione domus, nec ad eius filios viri hæreditas pertinebat, sed assumebatur tantum ad concubitum generandæ prolis gratia, et iccirco ad differentiam primariæ uxoris, et matris familias, fuit non uxor sed Concubina nominabatur. Huc usque Pererius.

Sed iam aliquid de dote subdendum est. Fere omnium nationum mos fuit, ut nunc inter nos observatur, quod mulier viro dotem offerat. Congruum est enim, ut quæ in viri ædes introducitur, secum unde vivat, ferat et onera [Dom?] mole expensas quibus inde maritus obligatur ferre commodius possit. Insuper ut proles futura aliud à matre sustentetur. Ea propter communiter dicitur dos esse prolis alimentum. ~~[illegible]~~ Hunc fuisse morem Persarum videtur non obscure posse colligi ex cap. 1.

2 Machab. lib. 2 Machabæorum ubi dicitur quod, Antiochus templum Deæ Nanæ ingressus proposuit sacerdotibus Nanæ Deam, quam alii Dianam, alii Venerem putant (teste Cornel. à Lap. in hunc locum) velle sibi in matrimonio coniungere, ut dotis nomine

menium pulcriora templi illius suppellectiles auferens. Templis ta-
men a Sacerdotibus ipsius tale consilium non habuit introductum in tem-
plo non gemmas, sed lapides ipsi dederunt, nimirum ibi eum lapidarunt.
Hic mos fuit et Atheniensium. Quod liquet ex lib. Suasoriarum M. An-
naei Senecae suasor. 1. ubi sic scribit de M. Antonio. Cum Antonius vellet se
Liberum Patrem dici, et hoc nomen statuis subscribi iuberet, habitu M. Seneca
quoque, et comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athe-
nienses cum coniugibus, et liberis et Διονυσον salutaverunt. Dederunt
despondere ipsi in matrimonium Minervam suam, et rogaverunt
ut duceret, et Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperavit sibi
mille talenta. Apud Hebraeos quoque hoc idem reperio. In cap. 22.17 Exo-
di dicitur quod is qui virginem violaverit, eam ducat uxorem dabitque patri
puellae quinquaginta siclos argenti, ut dicitur Deuteron. 22.29. et additur in
Exod. Quod si Pater virginis dare noluerit (i. dote violatam in coniugem)
reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueverunt. Exodus
in quem locum Exod. scribens a Lapide ait. Dabit virgini quam vitiavit tan-
tam dotem, quantam ipsa a Patre iuxta suam conditionem acceperit: Ditio- a Lapide
ribus enim erat maior dos assignanda, quam pauperibus. Et est in exem-
plo quod legitur in cap. 1. Iudicum. Dabat Othonieli Axam filiam Caleb in
uxorem audivit suspirantem Pater suus qui dixit ei: quid habes? At il- lib. Judic.
la respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi
da et irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, et irriguum
inferius. Non defuerunt tamen, qui opinarunt apud Hebraeos morem fuis-
se ut non uxor viro, sed vir uxori daret dotem. Afferunt in testimonium
nonnulla loca scripturae, ut 1 Regum cap. 18. Saul offert David Michol filiam
suam in uxorem. David autem adducit in excusationem suam nimiam pauper-
tatem, qua premebatur, et ob quam erat impotens dare quod oportebat tanto
matrimonio. Saul autem respondit per nuncios suos: Non habet rex sponsalia 1 Regum
necesse, nisi tantum centum praeputia Philistinorum ut fiat ultio de inimicis Regis.
et

et 2. Regum 3 legitur Misit autem David nuntios ad Isboseth filium
2. Regum Saul dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum praeputijs
Philistijm. Ex quibus his locis videtur David pro dote, quam ob suam pau-
pertatem dare nequibat, praeputia, hoc est, occisiones, et mortem centum
Philistinorum obtulisse. Et adducunt illud Osee cap. 2. Sponsabo te mihi in
Osee iustitia et in iudicio et in misericordia et miserationibus, et sponsabo te
mihi in fide. Ubi his virtutibus quasi pro dote datis dicit Dominus ore Pro-
phetae ducturum (intellige vel Ecclesiam ex Gentibus, vel animam. et inde
de Propheta cap. 3. dicit Osea de uxore ducta: Fodi eam mihi quindecim ar-
Osee genteis, et coro hordei, et dimidio coro hordei. Pro ly Fodi ponit ex Sep-
tuaginta verti: Pretio dato comparavi eam. Verum haec omnia supra dicta
nihil faciunt si notabiliter, quod notavit Pererius in cap. 29. in Genes. ubi
loquitur de servitute praestita Labano a Iacob pro suis uxoribus, vinorum antiquum
fuisse morem apud gentes illas Mesopotamiae, et Palestinae, aliasque Orientales
Pererius quin etiam postea apud Graecos, et Romanos ut in contrahendis matrimonijs
sicut uxor dotem afferebat marito, ita vicissim maritus pecunias, et munera
(quasi dotem quandam) futurae uxori, vel eius parentibus daret et per haec
quasi se invicem maritus et uxor coemerent, ita maritus quodammodo emeret
uxorem et uxor itidem maritum. Quod si vir pecunias, et munera non haberet
operam suam locabat, quasi serviendo aliquandiu parentibus uxoris, quemad-
modum fecisse Iacob narrat in hoc loco Moyses. Deinde affert exempla quae
nos quoque retulimus ex libris Regum, et prophetia Osee, ex quibus colligen-
dum est non proprie dotem a marito dari uxori, sed munera quaedam vel
in mutui amoris argumentum, vel quasi compensationem dotis, ut fieret quasi
mutua emptio a marito de uxore, et ab uxore de marito. Audi eundem
Pererium paulo infra ex varijs auctoribus in hac dotis materia aliquorum
nationum ~~consuetudinem~~ afferentem. Plutarchus, ait, narrat in vita Solonis
Plutarchus et Lycurgi duos istos nobilissimos legum latores salubriter consulentes, ne
sponsae magna coniugia inirent, vinis dotes ab uxoribus dari, legibus vetuisse.

cond.

Cornelius Tacitus in eo libro, quem de moribus Germanorum scripsit, vetus Cornel. Tac.
fuisse institutum eorum ait, ut viri dotes uxoribus dare cogerentur, quibus non *Cornel.
datis nihil consociatum aut confoederatum sponsalia haberent. Eundem mo-
rem fuisse Cantabris memorat Strabo libro tertio: apud eos namque nisi Strabo
à viro dos erat sponsae soluta, nullum matrimonij foedus esse ducebatur. Refe-
rat idem auctor lib. 15 apud Indos, pari boum iugo quasi mercari uxores.
et eas in plures sibi dividere; ordines, unius tribus viris diversae tribus
uxorem sumere non licebat. Apud Massilienses (sic proditum est à Strabo-
ne lib. 4.) ultra centum aureos, dotem nulli dare fas erat. Cretensibus
mos fuit dimidia pars bonorum, quae fratri contingebat (sic est apud Stra-
bonem lib. 10) sorori dotis nomine daretur. Apud veteres illos Gallos
(sicut à Caesare scriptum est lib. 6) quantum pecuniae vir ab uxore accipie- Cae.
bat dotis nomine, tantum ipse de suo conferre debebat, ut quod inde relin-
datur cum fructibus alterutri coniugum superstiti accederet. Aegyptij usque
adeo ancillabantur dotes mulieribus (sic enim in veteribus eorum memorijs
et monumentis reperimus) ut qui dotes ab uxore acciperent, eos velut N. de Iud.
mancipia uxori addicerent. Brissonius in lib. de ritu nuptiarum moris Brissonius
fuisse Persarum, ait, uxores suas à parentibus emere solitos. Haec
omnia ex Brissonio. De Graecis quoque antiquis idem scripsit Aristoteles lib. 2. cap. 6 Aristot. Polit.
Polit. Armati, ait, incedebant Graeci, et uxores emebant invicem. Haec
omnia fidem astruunt illi sententiae Horatij lib. 1. Epist. Epist. 6.

Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos, Horat. Epist.
Et genus, et formam Regina Pecunia donat.

Sed, revertendo ad Hebraeos, munera non tantum sponsae, sed et parentibus
eius dari consuevisse à Moyse colligitur in exemplo servi Abrahami, qui cum
filio Isaac accepturus esset uxorem, id facta sponsione, ut habetur Genesis cap. 24
Prolatis vasis argenteis, et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccae pro mu-
nere; fratribus quoque eius, et matri dona obtulit. Non absimilis ritus videtur
fuisse veterum Germanorum, ut Cornelius Tacitus refert de eorum moribus sic inquiens

Dotem

Cornelius Tac. — Dotem non uxor marito sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves, et frenatum equum, et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert. hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur. Haec munera data invicem, et accepta sunt quas Arrhas dicimus, hoc est pignora amoris conjugalis et externa monumenta matrimonii complendi. Dant autem et nunc inter nostros sponsae offerri, cum inter Parentes tractatus matrimonii ad perfectionem conducitur, et cum sponsi primo vinciuntur. Hinc talia dona a Graecis Anacalypterıa dicebant. hoc est a sponso oblata, cum primum coram se futura sponsa velum capitis amoveret. Nam ritus illius nationis ferebat, et aliquando etiam nostrae, sed heu non amplius modo, ut puellae donec viro traderentur, velum ante faciem modestiae gratia gestarent. Barbarum est quod faciunt habitatores Promontorii Bonae Spei ut ostendit in suis tabulis Geographicis N. de Fer. Hi enim in pignus amoris futurae suae uxori gratiosius omnino haud facere posse se credunt quam si [illegible] venerate magnae, et pulchrae ferae ipsi praesentent. [illegible] Sed haec de muneribus causa conjugii, et dote sufficiant. Haec enim apud cultiores nationes ab uxore viro dari consuetum fuisse ostendimus. Si quae autem uxor ultra dotem convenientem bona secum ferret, haec Graeco nomine Parapherna, seu Paraphernalia bona dicuntur, de quibus Civilistae, et Legistae fuse agunt. Ergo ad ipsum diem nuptiarum propius accedamus.

Adveniente igitur die nuptiis statuto, hilari pompa, prout cuiusque conditio, et fortuna exigit, solemniter transigitur. Locus huic solemnitati destinatus communiter [illegible] Sponsae domus, a qua Sponsus [illegible]

ad

* Corn. Tacit.

Strabo

N. de Fer. in Tabul. Geograph.

Brissonius

[illegible]

[illegible]

inhabitationem sponsi. Quae tametsi solemnis, quia magno strepitu fieri solet et
insuper laetitia illa [illegible] aut quadragesimalibus diebus ab Ecclesia
prohibetur aliquibus anni temporibus, nec tali absente ratione, quae quidem le-
gitima et prudens est, umquam dici poterit nisi a haeretico Ecclesiam hac
in re superstitiosam esse, ut nonnulli forte iactarunt. Quare Tridentina Synodus
sess. 24 de Matrim. can. XI anathema iecit si quis dixerit prohibitionem
solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus, superstitionem esse tyrannicam, et
ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, et alias caeremonias quibus
Ecclesia in illis utitur, damnaverit, anathema sit. De superstitione ethnica quam
hic accusat [illegible] videtur, ut [illegible] Augustinus lib. 4 de Civit. Dei cap. 7 Ominis | Augustinus de Civit. Dei
[illegible] et singularem eligebat diem, ut diceretur uxor [illegible] quae posset
[illegible] non bonum nisi eligatur mensis, et influentiae [illegible]. Ex hac sponsae +
domo [illegible] in Concordia [illegible] progressae illae Virgines obviam ad-
venienti sponso, de quibus in [illegible] Matthaei c. 25 sermo est, et quia Matthaeus
in nostra Vulgata legitur sponso et sponsae [illegible] lectio addi-
tur [illegible] lectioni [illegible] nonnulli pro his qui ad nuptias
[illegible] non ea erant, fuisse domum publicam, et illam, quam Jere-
mias c. 39 appellat domum [illegible] domum quoque regis, et domum [illegible]
qui successerunt [illegible], de qua domo in hunc locum scribit a Lapide
[illegible] domus vulgi erat domus publica, in qua celebrabantur
ludi publici, nuptiae, convivia, [illegible] etc. ita Adrichom. et ex eo
[illegible] Igitur ex hac publica domo virgines [illegible] in
[illegible] sponsae. In hanc sententiam propendit Maldonatus in Comment. lib.
cap. 20 n. 2 Domum vulgi talem fuisse [illegible] non inficior, [illegible] tamen Evange-
lium [illegible] ab ea domo sponsi Virgi-
nes illas [illegible] sponso [illegible] ad propriam domum sponsam, et quia
in [illegible] legitur, quod quae paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, [illegible]
[illegible] solemnitates nuptiarum [illegible]
[illegible], in domo sponsi. Sic Tobia, [illegible] Jam
Jam

Tobiæ Saræ sponsæ suæ, quemadmodum legitur in eius histor. cap. 7. et etiam postquam eam traduxit in domum patris sui Tobiæ, ut dicitur cap. 11.

Et quia nomine matrimonij Tobiæ cum Sara initi non est cur differam formam, utrumque illius contractus ex eadem historia exponam. Ibi cap. 7. ita legitur de Raguele patre Saræ: Et apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit dicens Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob vobiscum sit, et ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. et accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij. Hoc videtur factum ad exemplar primi matrimonij Adam, et Evæ, in quo a Domino adducta est Eva ad
Genesis Adam, traditaque ei in uxorem ut dicitur Genes. 2. 22. Non absimili ritu nuptiæ Christianorum conservantur. Benedictio enim super contrahentes a sacerdote imploratur, et annulus, qui a sponso in digitum annularem, ab anulo ferendo dictum, qui est prope minimum sinistræ manus sponsæ imponitur, benedicitur.
Annulorum usum teste Pierio Valeriano lib. 41. inventum est ad aliquid [illegible] gerendum, tanquam signum ne quod notatum est, memoria excidat. Inde ad ornamentum manuum transijt. Ponitur autem in eo digito, in quo, ut notavit Macrobius, notatum fuit venam, sive nervum, qui corresponderet cordi. Igitur annulus traditur sponsæ, ad innuendum ipsi numquam debere oblivisci fidei ei traditæ, quia cordis, et amoris factus fuit dominus, eumque tanquam signaculo, annulo insignivit. Annulo suo, aiebat Beata Agnes loquens de castissimis nuptijs cum Dei Filio suo subarrhavit me Dominus meus Iesus Christus, et tanquam sponsam decoravit me corona. [illegible] Virgo uti carnalium nuptiarum [illegible] Quod autem dicitur de matrimonio Tobiæ, quod accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij, in mentem venire facit quod non absimilis ritus veterum ~~[illegible]~~ Latinorum, cuius meminit Gellius lib. 4. cap. 4. a quo sponsi, et sponsæ nomen provenerunt. Sibi enim sponsalia in ea parte
Aulus Gellius Italiæ, quæ Latium appellatur, hoc more atque iure solita fieri scripsit Ser. Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus: Qui uxorem (inquit) ducturus erat ab eo unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri; qui

ducturus

daturus erat, iidem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dice-
batur sponsalia. Tunc quae promissa erat Sponsa appellabatur, qui spon-
darat ducturus sponsus. Similes stipulationes, et conscriptiones nunc quoque
fiunt, sed quas Tobias, et Raguel post traditam, acceptamque filiam fecerunt,
antequam tradatur nunc fieri solent, et tunc vocantur sponsalia, at vir
sponsus, puella sponsa usque ad initum matrimonium, more Latinorum, ut mo-
do dictum est. In matrimonio mutuus amborum contrahentium consensus requi-
ritur, quo alter alteri se tradat. Est enim contractus, qui a voluntate depen-
det. quae voluntas verbis, vel signis sufficientibus exprimenda est. Extraneus
equidem ritus est, quem describit N. de Ter in tabulis [illegible]. N de re-
is Peruanorum in America. Sponsus sponsam ducturus calceat pedem eius
sandalio, vulgo Pianella ex lanificio consuto si Virgo est, si Vidua ex [illegible]
nibus confecto, [illegible] intelligitur tradita, et nuptiae [illegible].

[illegible] Inito igitur matrimonio, et per mutuum assensum rato, et perfecto
convivium instruitur, quod a nuptiis dicitur fuisse inseparabile, imo potissima
nuptiarum celebritas, cuius in quamplurima exempla reperiuntur in profanis scriptoribus, Horatius
et in sacra scriptura praeter illa, quae ex [illegible] historia [illegible] est Assue- Esther
ri convivium [illegible] praeparatum cunctis principibus pro coronatione, et
nuptiis Esther, ut legitur Esther c. 2. 18. Et in Evangelio Joan. 2. Nuptiae fi- Evang. Joan
unt in Cana Galileae, in quarum convivio defecit vinum. Et Matth. 22 invenitur Matth
nuptiae discumbentium. Et Luc. 14. videtur idem esse nuptiae, et convivium. Nam Luc
ibi Dominus humilitatem hortaturus ait. Cum invitatus fueris ad nuptias non
discumbas in primo loco. Et alia multa quae consulto omitto. Immo non uni-
co tantum die, sed per hebdomadam replicabatur nuptiale convivium. Sic Genes.
29. 27. Laban Iacob decepto cum fraude supposita Lia, et postulanti Rache-
lem respondit. Imple hebdomadam dierum huius copulae, et hanc quoque dabo tibi. Gen
In quem locum scribit Cornel. a Lapide, Hinc apparet prisca et convivia nuptialia Cornel. a Lap
illo tempore agitari solitum per septem dies. et Iudic. 14. de Sabile a Samsone Iudicum
ducta dicitur, quod septem diebus convivii flebat ante illum. Et quidem quamquam ad

conuiuia pertinet, si scit à Diabolo testimonium sumere, in nefandis Sagarum et Magorum nocturnis conuentibus, in quibus Dæmonibus incubis, et succubis respectiue se tradunt, nefarias nuptias conuiuij prosequuntur. Vide hac in re

Delrio — P. Martinum Delrio Disquis. Magic. lib. 2. q. 16. parag. His et similibus [illegible] merito Erroneus Vates non distinguit nuptias has à conuiuijs, dum in sua Poe-

Tassus — mate hoc conuentu describ. Cant. 13. st. 4 canebat: Per celebrar con pompe immonde, e sozze
i profani conuiti, e l'empie nozze.

In his vero nuptialibus conuiuijs nonnulla notatu digna sunt et circa ordinem, circa solemnitatem, circa sermones, circa indumenta, circa horam veterum testimonia aliquid peculiare nobis indicant obseruandum. Et quidem circa ordinem noto apud veteres fuisse morem, quod ex conuiuientibus ad conuiuium aliquis deligeretur, qui negotij illius curam ageret. Hunc vocabant Græci Symposiarcham, Triclinarcham, Architriclinum. Latini Regem mensæ, Moderatorem conuiuij, Dominum, atque Patrem; sic Horat. Sat. lib. 2 sat. 8.

Horatius — ~~[illegible]~~ quendam vocat atque Patrem Cænæ, ut aiebat atque Patrem. Huiusmodi electio aliquando sorte fiebat. Idem Horat. lib. 1. Ode 4 ait. Nec regna vini sortiere talis. Hoc est Talorum iactu, et sorte non sortiere imperium in conuiuio. Et quia qui in simili ludo punctum, quem Venerem dicebant, sortitus erat, conuiuio præferendus erat, ideo alibi hoc est lib. 2 od. 7 ait Quem Venus Arbitrum dicet bibendi. Sic in Euangelio architriclinus et conuiuij nuptialis rector erat ille, quem Ioan. c. 2 vocat Architriclinum; supra quem locum putat no-

Baronius — ster Baronius innuere S. Gaudentio hunc nuptialis conuiuij principatum geri ab aliquo ex sacerdotibus ne inter lætitiam conuiuij immodestia, et lasciuia surreperent.

Quoad solemnitatem istius conuiuij reperio inter cætera symphoniam et musicam veteres ~~[illegible]~~ adhibuisse, et videri in nuptialibus, videlicet in alterius generis In Ecclesiastico cap. 32 instituitur quidem, ut modo dixi,

Ecclesiasticus — Principes conuiuij illis verbis: Rectorem te posuerunt. Noli extolli etc. et paulo infra Non impedias musicam. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et compa-ratio

paratio musicorum in convivio com. In Evangelio Lucae c. 15 symphonia, et chorus audiuntur in convivio pro filio prodigo redeunte instituto. In nuptialibus musica, quae in magnatum nuptiis et nunc fiunt, solebant veteres celebrare, et magnificare novos sponsos, et huiusmodi carmina Epithalamia vocabant, cuius exempla in Poetis passim occurrunt. Sic Claudianus in nuptiis Honorii, et Mariae. Sic Ausonius in Centone nuptiali sponso, et sponsae Epithalamium facit, sic quod Catullus inscribit Carmen nuptiale, Achilles Statius Lusitanus eius commentator putat Epithalamium in nuptias Tor. Iuliae et Mallii, quarum et alio carmine [illegible] quod hoc praecedit, celebrat nuptias. In Psal. 77, 63 legitur: et virgines eorum non sunt lamentatae; quod Pagninus ex Hebraeo vertit: Non fuerunt nuptiis traditae, Arias autem magis ad rem activa: Non sunt laudatae, scilicet Epithalamio; quod etiam in sua Paraphrasi Chaldaeus exponit: Non sunt laudatae Epithalamiis et hymnis [illegible] sponsi. Hos concentus nuptiales significatos a Jeremia illis verbis [illegible] cap. 25. 10. Perdamque ex eis vocem gaudii, et vocem laetitiae, vocem sponsi, et vocem sponsae. Hoc est vocem a sponso, et sponsa celebratis, vocem [illegible] et sponsae dictis. Quod simile [illegible] in Apocalypsi c. 18. 22. et vox citharoedorum, et musicorum, et tibia canentium, et tuba non audietur in te amplius, et vox sponsi, et sponsae non audietur adhuc in te.

Verum circa sermones, quos in convivio tractabant [illegible] invenio aliquid novi, et amoeni fuisse propositum. Plinius scribebat lib. 3 Epist. in Caninio: Veniam, medius at aqua, sed iam nunc pauciora sit credito, ut parca, servabis tamen sermonibus [illegible], in his quoque [illegible] mos. Frequenter autem proponebant aliquid [illegible] declamandi, proposita solutione aliquid [illegible] munere autem [illegible] Gregorius Turonensis apud Baronium [illegible] lib. 6 cap. 13 no. 2 dicit fuisse [illegible] potionis aquae [illegible] uno [illegible]. Vidit [illegible] ad ultra [illegible] una [illegible] ostendebatur, quae uno haustu et [illegible]

Evang. Luc. | Claudian. | Auson. | Catull. Car. | Achill. Stat. | Psal. | Pagnin. | Paraphr. Chald. | Jeremias | Apocalyps. | Plinius Epist. | Liber Gregor. Turon. [illegible]

sine reparatione erat luenda, ut Antiphanes in Ganymede fabula ostendit. Et quidem nuptiale convivium talibus quaestionibus fuisse perstrepitum apud Hebraeos est in exemplo illud aenigma quod proposuit sodalibus suis Samson occasione suarum nuptiarum. Iudic. 14, cuius solutionis praemium, vel ignorantiae poena erat solutio respective, et acceptio triginta sindonum, totidemque tunicarum. Erat autem problema huiusmodi: De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo, alludens sic, quod Samson leoni in via a se enecato in cuius faucibus postridie examen apum et mel factum invenit. De quo problemate sic scribit S. Ambrosius Epist. 70. Forte quodam de nuptiarum erat celebratione convivium, lecta in quibus iuvenibus multis se ad ludum invitabat sermonibus, ut alius alium salsiore dicacitate perstringeret. Siquidem se huiusmodi usus habet, certamen laetitiae accendebatur. Is tum quaestionem huiusmodi proposuit Samson iuvenibus convivantibus: De manducante exivit esca, et de forti processit dulce. Absolventibus pollicens praemium, quasi mercedem sapientiae triginta sindones et totidem stolas secundum numerum virorum convivantium, aut multam ignorantibus.

Iudicum

S. Ambrosius

Quantum autem ad vestimentum, et ornatum, eiusdem fuisse in nuptiis ceteris diebus non ambigo. Et peculiaris quidem erat tam sponsi, quam sponsae, et convivarum. Et quod ad sponsum attinet, corona redimitum interfuisse nuptiis suis patet ex illo Cant. Cantic. cap. 3. 11: Egredimini et videte filiae Sion regem Salomonem in diademate quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die laetitiae cordis eius. Et ex Isaia cap. 61. Induit me vestimentis salutis circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona. Hoc idem inter profanos scriptores reperio. Sic Claudianus in Epist. ad Serenam reginam de Orpheo nuptiis uxoris inducit feras ipsi munera ferentes et inter quae columbas serta ex rosis confecta, e quibus ~~[illegible]~~ nuptiales coronae fiebant, deportantes. Turbae Veneris prato per inane columbae

Cant.

Florea connexis serta tulere rosis.

etc.

Et Sidonius Apollinaris in Epistol. ad Heronium apud [illegible], Statius in [illegible] Catul. in nuptijs Iuliae et Manlij. Iam quod Virgo tradita est ad [illegible] sponsus hono-ratur, et alia aliorum quae inferius ingerendo. Vestimentum autem sponsi ab Au-sonio in Centone nuptiali sic describitur. At parte ex alia similes vero intulit alis

Ora puer prima signans intonsa iuventa
Pictus acu chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit
et tunicam molli mater quam neverat auro.

In pedibus autem tunc sponsi gestabant ~~luteos~~ soccos luteos, hoc est coloris sanguinei, vel aurei, luteum enim quidam sanguineum, alij aurei colorem volunt. Soccum autem luteum gestasse novos sponsos colligitur ex illo Catulli in nuptijs Iuliae et Manlij describentis Hymenaeum. Huc veni niveo gerens luteum pede soccum. Luteum, credo, soccum, quod commentatores, Statius asserens illud, [illegible] in Hippoly-to de Hercule ait. soccus luteus quod eo pedes induebant novae nuptae, [illegible] nota in Hippolyto de Hercule. Crura distincto religavit auro, luteo plantas cohibente socco. Quod vero spectat ad velum sponsae, et ornatum ei quod praefixi, [illegible] exstant in mundo muliebri [illegible] hoc de exponitur, quod nos nunc [illegible] naturales mores [illegible] [illegible] pendentibus [illegible] a tergo, et vestes nova [illegible] disponitur, videtur [illegible] Virgil. et. [illegible] et habent redimicula mitrae. Tertullianus lib. de Virginibus velandis cap. 17 conversus ad nuptas sic ait: Sed et vos admonemus alterius pudicitiae mulieres quae in nuptias incidistis ne a disciplina velaminis excidatis. Sunt enim et [illegible] quae non velant caput, sed colligant a fronte quidem [illegible] quatenus proprie caput est nudum. Aliae modice linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures usque demissis cerebro tenus operiuntur. Miseror si tam infirme audiunt, ut per tegmen audire non possint. Iudicabunt vos Arabiae feminae ethnicae quae non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contentae sint dimidiam frui lucem quam totam faciem prostituere.

Sidonius Apollinaris apud [illegible]

Catullus

Virgil.

Sic

Sic nuptiarum sui temporis capitis ornatus Tertullianus corrigere voluit. Tempora autem redimita corona rosarum ad nuptias gestabant, ut (Claudianus) apparet in Claudiano de laud. Seren. Et quidem quas nunc Christo [illegible] in virginalibus nuptiis Ecclesia [illegible], rosarum serto condecorat. ~~[illegible]~~ Cingebant autem pectus zona ex alba lana confecta, quae erat testimonium servatae usque tunc Virginitatis. De hac loquitur Jeremias cap. (Jeremias) 2.32. Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciae pectoralis suae? Haec fascia, et zona ab aliis baltheum dicitur, ab aliis ceston, originemque eius a fabula deducunt. Hoc erat quo Venus tam venusta et gratiosa mariti apparebat, quod puellae afectant nubendi causa. A Venere Juno petiit sibi Ceston commodari, ut amabilis Jovi appareret. Martialis laudans Juliam pro gratia balthei sui lib. 6. epig. 13 dicit fore ut ab ea ~~potest~~ importunum baltheum Juno, et Venus ipsa commodatum petant.

Ut Martis revocetur amor summique Tonantis
A te Juno petat Ceston, et ipsa Venus.

Aliud quoque ornamentum sponsae invenio apud Sabinos quod Flammeum dicebatur. Erat hoc Velum quoddam quo Matronae caput velabant ad in nuptarum distinctionem. Hinc [illegible] Nuptiae, Nupta, nubere, [illegible] a capite subter conjungi [illegible] enim [illegible]. Matrimonium enim (Virgil.) tria nomina sortitum est. Primum Matrimonium quia in ad finem eius hoc est prolis suscipiendae magis laborat mater quam pater. 2do dicitur Connubium, a velo quo in signum subjectionis obducebantur olim sponsarum capita. Atque hoc, de quo nunc agimus, 3tio est Conjugium a communi jugo cui nubentes se se per mutuam traditionem ~~corporum~~ subjiciunt. Observavit hanc trinam appellationem [illegible] Juenin Congreg. (P. Gaspar Juenin) Orator. Gallicani Presbit. in Comment. Historico, et Dogmat. de Sacram. [illegible] Et quidem quamvis [illegible], onerosum [illegible], quae Ripa in Iconologia ad Matrimonii iconem [illegible] jugum [illegible], et Vincentius Cartarius Regiensis in imaginibus Deorum Antiquorum ad imaginem Junonis.

Dianae, quam Iugalem dicebant, ut ab aliquibus pictam fuisse ad pedes eius iugo posito, quippe quae matrimonio praeesse credebatur. Hinc a iugo quo uxorati iunguntur Iugalis dicta fuit, et iugalia vincula, et Vicus Iuganus, in quo Romae Iuno Iugalis ~~[illegible]~~ altare habebat, ad quod novi sponsi conveniebant per manus sacerdotis aliquibus nodis simul colligandi, qua ceremonia declarabatur exinde vir et mulier animo colligata esse, et veluti unius cordis et animae. Didonem quoque etiam cum quaesisse nuptiarum sacrificando Iunoni, quae vinculis iugalibus praeerit indicat Virg. lib. 4 Aeneid. Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curae. Hoc dictum sit ad maiorem notitiam vocis Coniugii, iam ad connubium redeamus. Connubium igitur a nubendo, et tegendo dictum eo quod novae sponsae pudoris gratia se tegerent caput ut innuit Lucanus. Flamea solicitum praevelatura ruborem. Martialis quoque lib. 11 epig. 79 ait. Flamea texuntur sponsae et lib. 12 epig. 42. Praelucent faces, velarunt Flamea vultus. Putant aliqui velum hoc Flameum dictum ex eo, quod ipso semper utebatur uxor Flaminis, Flaminica dicta (quis Flamen fuerit sup. cap. 9 dictum est), ~~utebantur~~ inaugurantes hinc sibi perseverantiam et diuturnitatem in matrimonio. ~~[illegible]~~ De hac capitis contectione a sponsis fieri solita meminit Ovid. lib. 3 Fast. Anna tegens vultus, ut nova nupta, suos. Ritus hic ~~[illegible]~~ nuptae velandi antiquissimus videtur, Nam Genes. 20 Abimelech cognita Saram esse uxorem Abrahae, cuius sororem esse putaverat, dimittens illam ait: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, et quocumque perrexeris, mementoque te esse deprehensam. Quasi dixisset: Dedi fratri tuo mille argenteos ad emendum velum quo nuptam noscant, id enim deponens a nuptam esse, et uxorem Abrahae, non sororem. Et in eadem Genes. nempe cap. 24. Rebecca a longe viso Isaac, et interrogato famulo qui esset, ut intellexisset esse virum suum, tollens cito pallium suum operuit se. Sed haec sufficiant de vestimentis sponsarum, quia per singula examinare longissimum esset. Tantum

enim

Virgilius

Lucanus

Martialis

Ovid. Fast.

Genes.

Genes.

enim semper fuit candidior, et uaritas mulierum, ut innumera uestium
Tiraquellus genera reperirit. Si quis aliqua horum scire cupit legat Tiraquellum in ter-
tia Lege Connubiali, ubi longum recenset catalogum. In Breviario quoque
Breviar. Roman. in Officio S. Agnetis multa munera ornamentorum metaphorice recensentur ad
innuendas uirtutes, dotesque animae illius castissimae Virginis. Lege etiam
Ezechiel. cap. 16 a n.o 10 usque ad 13 Ezechielis. Tandem quod ad Convivarum attinet uesti-
mentum erat vestibus et nitore quodammodo [illegible]. Unde in Evang. Matthæi
c. 22. arguitur, et punitur a Rege homo ingressus convivium quia non uestitus
Virgilius ueste nuptiali, sive nuptiarum ut legit [illegible]. [illegible] vestes nam uestes
[illegible] albae fuisse; talis enim color festivitati [illegible]. Et in Apocalypsi [illegible] albi
uestiuntur qui sequuntur Agnum, et viginti quatuor seniores circumamicti
Lucanus [illegible] uestimentis albis, ut dicitur cap. 4. et hi item sunt qui memorantur cap. 19 quando fa-
cta est illa uox: Gaudeamus, et exultemus et demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae
Agni.

Quod spectat autem ad tempus nuptialium conviviorum, in scriptu-
ra modo coenam, modo prandium nuptiarum invenio. In Apocalipsi cap 19. Beati
qui ad coenam nuptiarum agni uocati sunt. In cap 22 S. Matthæi nominatur prandium;
Matth. Ecce prandium meum paravi ... uenite ad nuptias. Ego tamen censeo apud ue-
teres communiter non prandium, sed coenam fuisse convivium nuptiale. Quod autem di-
citur a S. Matthæo Aug. Prandium nos putant nonnulli esse illud idem convivium quod Lucas cap
Gregor. hom. 14 coenam vocat. Vel si mavis dicere cum S. Gregorio hom. 38 prandium coenam uocari
[illegible] quod antiquis hora nona, quae ad uesperam et coenam vergit, prandium fiebat.
Prandium igitur vel coenam uoces, parum refert, dummodo tempore inclinante die, vel
adveniente nocte fieri consueuisse. Praeter quae dicta sunt de coena, hoc idem in-
Ausonius nuit Ausonius in Centone Nuptiali describens nuptialem coenam. [illegible] hoc
eo quia completo convivio traducebatur sponsa in domum sponsi, quod non nisi
nocte factum uidebimus paulo infra. Idem Ausonius ibidem [illegible] cunctis [illegible]

Consurgunt mensae [illegible] lumina [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Denique tanta erat pompa [illegible] luxuria horum nuptialium conviviorum ut Plato in lib. 6. de legibus [illegible] optimum duxerit statuere numerum convivarum, qui adhiberi possent, ne nimium civium fortunae similibus expensis gravarentur. Amicos, ait, et amicas non plures quinque ex utraque parte convocare liceat. Consanguineorum vero, et domesticorum totidem ex utraque parte accersere. Sumptus vero quam cuiusque fortuna, maior non erit. Sed nunc expleto convivio, quae sequuntur prosequamur. Plato de legg.

Exacta igitur convivii [illegible], choreis, ludis, et quae similia sequi solent pro regionum multiplici usu. Quibus completis sponsus ad domum ducit sponsam suam, quod noctu fieri solebat. Egrediebatur igitur sponsus comitatus a domesticis, et amicis [illegible] numero, [illegible] maior minorve erat prout casus ferebat, Samsoni in lib. Iudicum pro suis nuptiis dati triginta sodales. Hi vero, Iudicum qui in Evangelio filii sponsi vocantur, qui lugere non possunt quamdiu cum eis est sponsus. Inter hos unus aliquis erat nobiliorum, [illegible] sponsus qui se comitaret, quem Graeci Paranymphum dicebant, Auspicem vero Latini ab auspicando. Solebant enim in nuptiis auspicium quaerere, ab avium volatu inspectione, unde auspicium dictum sicuti augurium ab avium garritu. [illegible] a Vincentio Cartario in Imag. Deor. antiq. [illegible] Castoris et Pollucis [illegible] sponsam ad sponsi [illegible] in lectica delata a [illegible], sive [illegible], hoc ordine ut in medio sederet sponsa, ab uno latere sponsus, ab alio Auspex seu Paranymphus. Sicuti autem a parte viri Paranymphus [illegible] ita a parte sponsae [illegible] [illegible] una quam [illegible] Pronubam [illegible] erat sponsam [illegible] comitare. [illegible] apud [illegible] Imag. Deor.

Nocte [illegible] ut [illegible] honestatis, et verecundiae gratia, ut Pererius in comment. [illegible] de Lia substituta nocte a Laban Iacob loco Rachelis, ubi ex Plutarcho dicit ob eandem rationem sponsam nullo [illegible] et non nisi ab aliis delatam viri domum ingredi, [illegible] indicantes quasi non sponte ingredi, ubi mox erat virginitatem amissura. Praecedebant autem quinque puerorum [illegible] faces [illegible] una [illegible] [illegible] Taeda quae est arbor [illegible] generis, vocabant enim has faces Nuptiales Tedas. [illegible] Genes. Plutarch.

exempla. In Euang. Matth. 25 decem Virgines acceptis lampadibus exierunt obviam sponso et sponsae. Martialis lib. 12. Pelluceant faces, ultarunt flamma candidis... in nuptijs lib. 4 et Mellij ... Tu, ... o mea face, Flamen ... meae ...

... convenire in modum: Hymen, Hymenaee, Hymen Hymen, o Hymenaee.

Hymenaeus a ... et conventione ... invocabatur qui nuptijs praeesse credebatur, vel quia ... feliciter in matrimonio ... vocabant ... Hymenaeum ... Poetarum fabulas, et ... in imagine Hymenaei. Huiusmodi invocatio ... erat. Ita Romani ... Hymenaeo Thalassione invocabant. Martialis l. 12. Nec tua defuerunt verba Thalasse tibi. Thalassum sive Thalassionem aliqui putant canistrum sive quasillum, quo in quo continebantur lana, linum et cetera ad filanda domestica, indicando hac invocatione sponsae ad lanificij laborem, et ... domus curam. Hinc ... sponsa ... et colum ferebat, et ... transibat ... inunctos ... postes, ... quia ... ad hoc ... inungendo, et dicebat: Ubi tu Caius es, et ego sum Caia, ut sic indicaret ... viri, et sponsae futura omnia communia. ... Caiae nomen ut nonnulli ... est [illegible] alludendo ... nomini Caiae Caeciliae, quae fuit ipsa Tanaquil uxor Tarquinij Prisci Romanorum Regis, in exemplum proponens virtute ... mulieris quae lectissima fuit in cura ... domus ... propter ... ex ... Plinio ... a Romanis ... fusse ... veneratione colum, et fusum ... aliqua ... foret talis feminae. Huc videtur allusisse Claudianus in laude Serenae uxoris Stiliconis ... Latijs ... Tanaquil. Vide Cartarium in imag. Iunonis Iugalis. Sed placet nonnulla verba Plutarchi in Romulo ... unde Thalassij ... inter virgines raptas (sermo est de raptu Sabinarum) fuisse aiunt plebeiorum globum, qui puellam longe ante alias insignem ... et statura ducebant ... ex ... Thalassio ... clamitaverunt ... Quo audito gratulatione et ... fuisse ... Thalassio ... nox Romani

Claudianus

Cartarius

Plutarchus

in hym...

in hunc usque diem vox nuptialis facta, ut Hymenaeus Graecis. Nam proprie nomine Thalasio hoc matrimonium aiunt. Sextius Sylla Carthaginiensis vir nobiscum doctus, et festivus, eam vocem pro signo dedisse Romulum ad raptum. Itaque qui virgines adducebant, conclamabant omnes Thalasio, atque hinc obtinuit hunc morem nuptiis. Plerique, inter quos est Iuba, adhortationem, et incitationem ad laboris sedulitatem, et lanificium, quod Graeci ταλασίαν dicunt, censent nondum id temporis Italicas voces cum Graecis confusas. Quod si hoc placet et Romani tum Thalasii vocabulum nobiscum usurpabant, alia conjectura magis probabilem rationem. nam in foedere, quod Sabini post bellum pepigerunt cum Romanis, convenit ne aliud operae viris quam circa lanificium praestarent uxores. qui mox secutis nuptiis remansit, ut qui elocarent puellas, vel deducerent, vel praesentes essent omnino Thalasio acclamarent per lusum testantes eo nullum aliud, quam lanificium munus sponsae adduci. servatur hinc etiam hodie ne limen sponsa ipsa transcendat in domum, sed sublata inferatur quia tunc illatae non ingressae erant. Addunt quidam, quando coniugibus hastae discriminent capillum sponsae, nuptias dandas ut et hostiliter contractas, de quibus fusius in Quaestionibus diximus etc. omnia Plutarchus. Inter istius erat pompa, apparatus, clamor, et strepitus huius traductionis, habemus in hac materia exemplum in libr. 1 Machab. cap. 9 his verbis expressum. Renunciatum est Ionathae et Simoni fratri eius, quia filii Iambri faciunt nuptias magnas, et ducunt sponsam ex Madaba filiam unius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna.... et ecce tumultus, et apparatus multus, et sponsus processit, et amici eius, et fratres eius obviam illis cum tympanis et musicis et armis multis. Porro quod ait Plutarchus limen sponsam non debere tangere, super ratione mirum est quod ita tangit, siquidem ex veterum alia afferunt. Servius in ecloga 8 Virgilii cui nomen Pharmaceutria sic scribit. Quas (sponsas) etiam ideo limen ait sacro, non tangere, ne a sacrilegio inchoarent si depositurae virginitatem calcarent rem Vestae, idest numini castissimo consecratam. ventilantur quoque ne cardinem postium et ostia quae in limine tenderent [illegible]

in malum omen futurum foret sponsis. Ideoque linibant suino, et caprino adipe fores, et inunctiones cardinum, et postium. Ornabant quoque portas fasciis, et et tabulis ex lana confectis ad malum omen fugiendum. Vide Cartarium ad Imag. Deorum. Antiq. Achilles Statius Lusitanus commentans illud Catulli in nuptiis Juliae, et Manlij: Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes affert quosdam versus Lucani in 2° de nuptijs Catonis, et Marciae, qui hos ritus gentilium sic exponunt: Festa coronato nunc pendent limine serta,

Cartarius in Imag. Deor.

Lucanus apud Achillem Statium in Catullum

Infulaque in geminos discurrit candida postes,
Legitimaeque faces, gradibusque acclinis eburnis
Stat torus, et picto vestes discriminat auro,
Turritaque premens frontem matrona corona
Translata vetuit contingere limina planta,
Non timidum nuptae leviter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flammea vultus.
Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus.

Tanta igitur pompa, et superstitione sponsa deducta recipiebat a conuenientibus aliquod munus. Ausonius in Centone nuptiali sic munerum oblationem describit. Incedunt pueri pariterque ante ora parentum

Ausonius

Dona ferunt, pallam signis, auroque rigentem
Munera portantes aurique, eborisque talenta,
Et sellam, et pictum croceo velamen acantho
Ingens argentum mensis colloque monile.
Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam
Olli serva datur, geminique sub ubere nati.
Quatuor hic iuvenes, totidem innuptaeque puellae
Omnibus in morem tonsa coma, pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Huic mos offerendorum munerum alludit quoque Claudianus in Epist. ad Serenam, ubi in nuptijs Orphei fauces ferarum ab ipso symphonia [illegible], et manufactas munera

illi

ille offert, unamquamque cum proportione ad naturam suam. sic lynces ferunt crystalla, Gryphes aurum, Columbae rosas, Cygnus electrum, Pisces corallia, Phoenix cinnamomum, tandem concludit: Nulla avis, pecudumque fuit, quae fingere posset Claudianus.

Vectigal mirtae connubiale lyrae.

Solebant pueri haec munera proferre, ut ex Ausonio nunc vidimus, qui in hac occasione quosdam versus dicebant, quos Fescenninos vocabant, vel a Fascino arcendo vel a Fescennio, quod est Campaniae oppidum, quod ibi inventi sint. Versus erant procaces, et obsceni. Ovidius de his agens 4. Fast. obscenos vocat:

Nunc mihi, nunc cantent, superest, obscena puellae

Dicere nec coeant [illegible], verba canunt — Ovid. Fast.

et infra: [illegible] inde Jovi veteri, obscenaque verba canuntur. &

Catullus, procacem locutionem appellat in nuptiis Juliae, et Manlii: Neu diu taceat procax Fescennina locutio. Neu nuces pueris neget. Ad intelligentiam huius ultimi versus sciendum est a sponso pueris sic clamantibus nuces spargi. Servius in illud Vergilii Mopse novas incide faces, tibi ducitur uxor, sparge marite nuces &c quod est Ecloga 8. sic scribit ex Varrone: Idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Jovis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit, sicut Juno. Nam nuces in tutela sunt Jovis, unde et Juglandes vocantur, quasi Jovis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut a rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis [illegible] audiri vel spargebant nuces, id est ludum pueritiae, ut significarent se puerilia cuncta spernere.

Catullus — Virgilius Eclog. — Varro apud Servium

Post haec cubile ingrediebantur sponsi in quo varia numina deponebant infami religione, consequenda videlicet Deam Virginensem, [illegible] [illegible], Subigum, Priamum Deum et Deam Pertundam. Quorum officia quamvis praesens materia exposcat, fateor non auderem exponere nec quivi-isse minimum modestia et verecundia commonentibus (Proh pudor quo devenit [illegible] gentis petulantissima, et execranda religio) nisi possem uti verbis Sanctissimi Patris Augustini lib 6 de civit. Dei cap 9. Loquatur ergo ipse ciuis nostri

nobilissima pietas more eius nostra sanctificat: Itane est innocentia Deorum ista concordia? Cum mas et femina coniunguntur adhibetur Deus Iugatinus. Sit hoc ferendum. Sed Domum est ducenda quae nubit, adhibetur Deus Domiducus. Ut in domo sit, adhibetur Deus Domitius, ut maneat cum viro, adhibetur Dea Manturna. Quid ultra quaeritur? Parcatur humanae verecundiae. Quid impletur cubiculum turba numinum quando et Paranymphi inde discedunt? Et ad hoc impletur, non ut Deorum praesentia cogitata maior sit cura pudicitiae, sed ut feminae sexu infirmae novitate pavidae, illis cooperantibus sine ulla difficultate virginitas auferatur. Adest enim Dea Virginensis, et Deus pater Subigus, et Dea mater Prema et Dea Pertunda, et Venus, et Priapus. Quid est hoc? Et certe si adest Virginensis Dea, ut Virgini zona solvatur, si adest Deus Subigus, ut viro subigatur, si adest Dea Prema ut subacta ne se commoveat, comprimatur, Dea Pertunda ibi quid facit? Erubescat et eat foras. Sed forte ideo toleratur, quia Dea dicitur esse non Deus. Sed quid hoc dicam, cum ibi sit et Priapus nimius masculus, super cuius immanissimum, et turpissimum fascinum sedere nova nupta iubebatur more honestissimo, et religiosissimo matronarum. Haec aliquibus omissis S. Augustinus

Augustin. de Civit. Dei

Verum enim vero non possum hic nefandis Romanorum caeremoniis opponere quae de Lacedemoniis Plutarchus scriptum reliquit in Lycurgum. Uxores autem ducebant raptas, non pusillas, aut impuberes, sed adultas, et maturas. Raptas excipiebat Pronuba, capillosque eius cute tenus circumtondebat, inde tunica virili et calceamentis indutam, in toro sine lumine solam locabat. Sponsus non vino gravis, nec deliciis confectus, sed sobrius, ut in convivio solito cenatus erat, latenter ingressus solvebat zonam eius, eamque in lecto collocabat. Nec longo ibi spatio commoratus, abibat modeste, consuetoque se cubitum, quo ante fuerat cum ceteris iuvenibus, quem morem deinceps servabat ac transigebat ad coetaneis dies et noctes, ad suam interim commeabat cum pudore, et metu ne quis ex familia persentiret una machinante illa et opportunitates suppeditante, quo in tempore invisi convenirentur. Neque vero ad modicum temporis ita agebant, sed aliqui etiam iam et liberos susceperant quam viderent uxores suas interdiu. Huiusque Plutarchus

Plutarchus

Sic igitur nuptiarum dies terminatur, sed invenio quod tempore s. Gregorii Nazianzeni dies nuptiarum anniversaria lætitia ab uxoratis celebrabatur. Et quidem non miror hoc fuisse, qui matrimonium suum quiete, pace, prosperitate viderent cumulatum, hoc enim ingens donum est, dignum ut festivo ritu prosequatur. Verum quorum matrimonium tot gemitibus, discordiis, dissensionibus, velitationibus refertum est, ut pœniteat ipsos unquam contraxisse, quorum [illegible] exempla sunt passim obvia, et practica nemo ne tali causa diem nuptiarum quotannis transegerint. Refert morem hunc ex authoritate s. Gregorii Nazianzeni s. Franciscus de Sales in suo vere mellifluo et aureo libello introduct. ad vitam devot. part. 3. cap. 38. suadetque uxoratis et catholicis viris, ut sic tenendum scilicet spirituali lætitia diem anniversarium matrimonii sui, commendant Deo se, prolemque suam orationibus commendent, et ~~[illegible]~~ sacramentis pœnitentiæ, et Eucharistiæ se communicent. Ea eius verba, quamvis Gallica lingua, in die tamen satis nota, quia vere aurea sunt, et quæ coronam huic longo capiti sanctiorem imponant: Saint Gregoire Nazianzene tesmoigne, que de son temps les mariez faisoient feste au iour anniversaire de leurs mariages: certes ie approuverois que ceste coustume s'introduisit, pourveu que ce ne fust point avec des appareils de recreations mondaines et sensuelles mais, que les maris, et femmes confessez et communiez en ce iour là recommandassent à Dieu plus fervemment que l'ordinaire le progrez de leur mariage, renouvellans les bons propos de la sanctifier de plus en plus par une reciproque amitié, et fidelité, et reprenans haleine en nostre Seigneur pour le support des charges de leur vocation. Ita s. Franciscus de Sales, cuius optimum documentum omnibus uxoratis semel et iterum esset repetendum. Aliud enim habent gravius, quod ordinat igitur, ut concludam cum Apostolo 1. Cor. 7. 38. qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, et qui non iungit melius facit.

s. Greg. Nazianz. orat.

Francisc. de Sales introd. ad vit. devot.

1. Corinth.

Cap. XV

De Die Mortis

Cogitanti mihi quid sub hac extrema vitæ nostræ die ex
antiquorum, modernorumque ritibus scitu dignum exponerem, et cum eam ex
varijs scriptorum monumentis nonnulla hinc inde colligerem, occurrit liber quidam
Johannis Kirchmanni Lubecensis, qui longe lateque hanc materiam complexus
est et multiplici eruditione posteritati titulo apposito et ornato de Fu
neribus Romanorum. Illuc Lectorem meum censueram remittendum et à mea tra
ctatione, quam is adeò feliciter expleuerat, supersedendum. Verum enim vero
ne opusculum nostrum qualecunque sit truncum, mutilumque appareat, neue
quod hic dandum promiseram, aliò petere necesse sit, nonnulla ex eodem
Kirchmanno, qui laborem nostrum præueniens à macro exemit, et ex aliorum
scriptorum notis, extracta passim quidam, et contracta apponenda duxi. Quæ
quatenus rituum humanarumque fuerint non nos tanquam de furtiua compilatione
criminabitur, sed rerum fortunas nostras gratulabundus excipiet. Hoc tamen
sciat velim, autoritatis quando testimonijs hic, sicut et alibi, usus fui, et quasque
nos alios non dixerim perlegisse, è proprijs fontibus hausisse me credat.

Igitur qui nascimur morimur, estque immutabile naturæ
vestigium sensus quidem vel alius ocultum, sed tamen certum mori. Hoc tam
stricto terminum adaequauit, Aristoteles, hoc ij qui vitæ futuræ non no
verunt vel corporum resurrectione non expectarunt, supremum malorum esse
est. Neque enim viuentibus nequius auditu potest, quam non viuere, ut
... in ... innumeris Luctus, dolorisque testimonijs mortuum
prosequebantur. Nos autem qui cælitus edocti credimus quod corrupti
bile hoc induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem non con
tristamur sicut et cæteri qui spem non habent. Non contristamur, inquam
sicut et cæteri. Nam quamquam semper in Ecclesia catholica visum est charos
nostros amores doloris testimonio prosequi, ... tamen nunquam con
tristari sicut et cæteri. Viros sanctissimos laudabiliter amicos, vel parentes nos fle
visse

[illegible] funus eorum, [illegible] lachrymis gravis [illegible]

n exemplo sunt querelae, et lacrymae S. Gregorij Nazianzeni in morte fratris su-
Caesarij, et in morte Gorgoniae sororis suae, et Patris sui Gregorij. S. Gregorius Nysse-
nus in morte fratris sui S. Basilij, S. Bernardus in morte fratris sui Gherardi, S.
Ambrosius in funere S. Satyri sui fratris, S. Augustinus quoque in morte S. Monicae
matris lamentatur in lib. 9 Confess. cap. 12. Quid plura? Ipse Dominus, ac Christus
ad funus Lazari amici sui lacrymatus est. In quem fletum scribens S. Cyrillus [illegible]
Alexandrinus lib. 10 in Joan. cap. 20. sic ait: Erudijt nos suis lacrymis quonam [illegible]
modo charos nostros vita functos, lege rationis moderatis lacrymis flere debea- [illegible]
mus, tam ex toto non compati, nec ingratum ferinum est, et durum, haud vero
exuberantia muliebre. Sed quod moderatis, et intimabilibus fletibus fideles
[illegible] solent peragere, non lamentationibus [illegible], verum ut addiscimus et
patrio [illegible] prosequebantur. Hinc diem mortis fatalem, supremum,
extremum, atrum appellabant, ut in scriptoribus profanis passim videre est, et [illegible]
n diem lugere lamentabili [illegible] dictitabant. Hanc [illegible] diem suprem-
mam [illegible], et ut ordine procedamus [illegible] quae [illegible] funus praecedebant,
secundo quae comitabantur, tertio quae sequebantur tractanda erunt.

[illegible] Ut ut exordium ducamus [illegible] eam [illegible] terminum [illegible]
moriens in extremis constitutus osculandum: Ubi de Livia Drusi matre sic
scribit Seneca de consolatione ad Marciam cap. 3. Non licuerat fratri ulti- Seneca de consol.
ma filij oscula gratumque extremi sermonis ore haurire. Hoc testimonio
amoris dato et sancti [illegible] in ecclesiasticis historijs ipse [illegible] Pa-
ter Hieronymus a Basilio [illegible] in suis Ephemeridibus ad 11 Januarij [illegible]
in vita S. Castrensis Episcopi Capuani narrat morti proximum S. Castrensem
convocatos singulos osculatum esse. Paulus quoque, eo quod diceret, quod ampl- Act. Apost.
ius faciem suam non essent visuri, osculantur Act. 20. [illegible]
[illegible] in [illegible] osculo [illegible] animae. Suetonius in vita Augusti cap. 99
scribit quod hic repente in osculis Liviae, et in hac voce defecit: Livia nostri con- Suetonius
iugij memor vive, ac vale, sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat.

Et ue

utque adverso morientis animam in osculo reciperent, gratiam ducebant. Putabant enim animam tamquam per ostium ab ore egressuram ore proximo admoto in se posse recipere. Virgilius lib. 4. Aeneid. in fine, sororem Didonis in ambas suas collapsam, flentem, ostantemque sororem suam inducens sic eam loquentem

Virgil. Aen. facit [illegible] et extremus si quis super halitus errat

Ore legam; sic fata gradus evaserat altos

Semianimemque sinu germanam amplexa fovebat.

Catholica Ecclesia de gentium superstitionibus eorum ut armis triumphans commendat in ritualibus suis, ut egris animam agentibus, et in supremis labris, ut retineantur pravi qui egressum animae hunc solum intendant, exhibentibus saepe Crucifixi Redemptoris imago ad osculum, et amplexum exhibeatur, et sic in osculo Domini decedant [illegible]

Verum necdum morientibus seu iam mortuis data fuere oscula, ut in exemplo Joseph, sit dicimus Genes. cap. 50. 1. cernens mortuum

Genes. patrem suum ruit super faciem eius flens et deosculans eum. In Chronicis Monachorum plura exempla reperies consuetudinis mortuorum corpora defunctorum sanctitatis opinione clarorum exosculandi, priusquam humarentur.

~~[illegible]~~

[illegible] ~~[illegible]~~

In martyrol. Roman. ad diem 17 recensetur memoria S. Juliani Cappadocis

Martyrol. Rom. qui exosculabatur necatorum martyrum corpora. In quem locum annotavit Baron. in not. Baronius consuevisse Christianos osculari sacra martyrum vulnera. Afferunt quoque Constantini Magni Imperatoris exemplum lacera cicatricibus sanctorum Martyrum admoventis.

Solebant insuper morientibus annulos e digito detrahere. Plinius lib. 33 cap. 1. Gravatis somno aut morientibus annuli detrahuntur. De

Plinius usu annulorum origo, et qui eos ferebant et quomodo in usu apud legere Plinium

[illegible] Sueton. [illegible] quod apud Suetonium legitur in vita Tiberii cap.

Suetonius 73 extractum sibi deficienti annulum mox resumere requisivit. Hoc in more fuit

fundatum est omen mortis, quod Ælius Spartianus in vita Hadriani circa finem subit defectionem huius imperatoris portendisse. Annulus, ait, in quo imago ipsi- us sculpta erat, sponte de digito delapsus est. — Ælius Spartianus

Sed ut a morientibus ad mortuos veniamus, prima circa ipsos offi- cia a charioribus quidem praestari solita meminimus fuisse oculos defuncti clau- sere. Inde ut lib. 3. Trist. Eleg. 3 dolet quod si in egritudine qua ad vxori ibidem pergit, decumbere, desijsset, non fuisset qui sibi oculos clauderet. Nec ait clamore supremo: Languentes oculos claudet amica manus. Et idem vates in Heroidum epistola Penelopes ad Ulyssem de Telemacho, quam lo- quentem sic facit: Di precor hoc iubeant ut euntibus ordine fatis — Ovid Trist. — Ovid Heroid.

Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Et quidem huic usui allusit Bion Borysthenites qui ut refert Laertius lib. 4. in Bione, dicebat facilem esse ad inferos viam: clausis enim oculis illuc iri. Mater quoque Euriali apud Virgilium Æneid. 9. lamentatur in nece filij — Laertius

nec te tua funera mater

Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi. — Æneid. lib. 9

Dolens hæc mater non lavisse vulnera ostendit aliud officium cir- ca mortuos praestitum, lotionis scilicet cadaveris. Habemus exemplum in scriptu- ra Act. 9. ubi de Tabitha dicitur: Quam cum lavissent, posuerunt eam in cenaculo. Ludebat in Gentiles circa morem hunc Tertullianus ubi dicebat in Apologet. cap. 42. Rigeo, et pallore, ut lavacrum mortuus patiar. Hoc lo- tionis officium mulierum videtur fuisse praestitum apud Athenienses. Socrates enim in Platonis Phædone venenum bibiturus sic loquitur. Nam melius puto post- quam bibero, lavari quam ut mortuum mulieribus negotium facessere, ut mortuum lavent. Ennius etiam lib. 6 de cadaveri [illegible] Tarquinij corpus bona femina lavit et unxit. Et paulo supra idem Ennius — Act. Apost. — Tertullian. — Plato in Phæd. — Ennius lib. 6 — Servius — Ennius — Plinius

[illegible] admonuit Plinium in naturali historia [illegible] hanc esse causam ut mortui et- iam

calida abluantur, et per intervalla conclamentur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere. Una igitur poterat esse huius lotionis causa, non tamen sola. Puto enim lavisse cadavera ut sanie taboque mundarent, nunquam ea horrescerent aspicientes, vel qui ad spectandum mortuum veniebant. Hoc videntur sibi voluisse moderni Turci nam non contenti lavisse cadaver, faciem eius coloribus pingunt ut vindicata naturae deformitate, quantum liceat viventis quandam speciem repraesentet ut narrat Schweiggerus in Itinerario lib. 2 c. 64 apud Kornmannum in [illegible] lib. 2 cap. 3 2. Accedit et alia lotionis causa nempe ut sit dispositio ad unctionem. nam ut dictum est de Miseno, corpusque lavant frigentis, et unguunt.

Schweiggerus apud Kornmannum

Innumera usquequaque sunt unctionis cadaverum testimonia. Hoc Aegyptii a quibus ad caeteras nationes ritus transiit, hoc Hebraei, hoc Romani hoc Christiani in usum habuere, exemplis ostendere non est multum immorari. Hodieque quod in demortuis familiae Magnatorum sic unguentis cadavera condiant, praescribitur in Ceremoniali Episcoporum unctio et exenteratio cadaveris Episcopi. Hic primitivae Ecclesiae nostrae mos fuit. In actis enim SS. Martyrum saepissime eorum cadavera a piis matronis unguentis delibuta, aromatibus condita leguntur. Tertullianus hoc idem nedum circa solos martyres verum indiscriminatim factum insinuat in Apologetico cap. 42 his verbis: Thura plane non emimus. Si Arabiae queruntur, scient Sabaei pluris et carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam Diis fumigandis. Apud Romanos unctio cadaverum in usu fuisse testis est Plinius lib. 13 cap. 1. Honos iis (unguentorum) et ad defunctos pertinere coepit. Et Martialis huic non alludit lib. 3 epig. 12 in Fabullum qui parcam coenam praebuerat, sed unguentis copiosam:

Ceremoniale Episcoporum

Tertullianus

Plinius

Martialis

Unguentum fateor bonum dedisti
Convivis here, sed nihil scidisti.
Res salsa est bene olere, et esurire.
Qui non coenat, et ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur.

Hebr[…]

Hebreos cadavera unguentis condisse liquet ex Evangelio. Dominus
enim Jesus causam agens Magdalenæ ~~[illegible]~~ contra discipulos eam
accusantes de unguenti profusione dixit. Mittens enim hæc unguentum
hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Math. c. 26. 12. Hoc idem Math.
repetit Marcus c. 14. 8. Quod habuit hæc fecit, prævenit ungere corpus meum Marcus
in sepulturam, et Joan. 12. 7. Sinite illam ut in diem sepulturæ meæ serva-
illud. Sed expressius idem Joannes cap. 19. 39. loquens de depositione Domi-
nici cadaveris de cruce hoc ascrit. Venit autem et Nicodemus... ferens mi- Joannes [illegible]
xturam myrrhæ et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu,
et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.
Sed ~~[illegible]~~ ab Ægypto in Judæam transvectum autumo ritum
huius nationis. Genes. cap. 50. v. Josephus in Ægypto vices regias agens
Præcepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent Patrem, qui ibidem Genes.
decesserat. quod officium in cadaver suum ipse expertus est, ut dicitur eodem
capite, nº 25. P. Cornelius à Lapide scribens in hoc cap. Genes. à nº 2. ait.
Singulares in hac arte condiendi corpora fuerunt Ægyptij. Extantur idem Cornelius [illegible]
num hodie. carnomia, idest cadavera ante multos centenos annos sepul-
ta quæ ibi eruuntur, et venduntur atque pharmacopæis ad pharmaca
serviunt. Hæc enim Ægypto advehuntur. Hoc faciebant Ægyptij, quæ
cadavera compactiscerent. Non enim statim à morte sepulturæ mandaban-
tur, sed domi usque ad septuaginta dies servabantur, ut patebit ex au-
thoritatibus Genes. Rodrig. et Herodoti mox citandis. Hinc Silius Italicus D. odoru[m] [illegible]
citatus à Pererio in hoc cap. Genes. 50 in v. 3. univers. 13. dicit mortuos
ad mensas vivorum ante humationem apponi - Ægyptia tellus Silius. [illegible]
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora et à mensis exsanguem haud separat umbram.
Sed iam videamus quantum temporis à morte ad sepulturam intercederet. Moses
mortem Jacob describens Genes. 50 ait: Præcepit (Joseph) servis suis medicis
ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus transierunt quadra- Genes.
ginta

draginta dies, ita quippe mos erat cadaverum condituram[?] fleritque eum Ægyptus septuaginta diebus. Herodotus lib. 2. apud Perer. ut condituram hanc usque ad septuaginta dies producat, distinguit ipse fortasse unctionem a salitione, quæ sic diu producebatur. Audiamus eius verba, quæ ritum hunc Ægyptiacum clare exponunt. Ante omnia, inquit, incurvo ferro cerebrum per nares educunt, et quamque partem educentes, ita loco eius medicamentis explentes. Deinde acutissimo Lapide Æthiopico circa ilia concidunt, atque illac omne alvum extrahunt. Quam ubi repurgaverunt, ac vino Phœnicio explenderunt, rursus odoribus contusis reficiunt. tum omenta complentes contusa myrrha pura, casia, et ceteris, excepto thure, odoribus iterum consuunt. Ubi hæc fecerunt, saliunt intra additum septuaginta dies nam salire diutius non licet exactis septuaginta diebus, cadaver ubi abluerunt sindone byssina totum incisis loris involvunt gummi illinientes quo et ipsi glutinis loco plerumque utuntur. Eo deinde recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quam mox inferunt mortuum inclusumque thesaurizant. Hoc ibi reponunt. Quæ autem essent huius unctionis ministri videamus ex Diodoro Siculo lib. 2. cap. 5. apud eundem Perer. l. c. Quæ funera mortuorum apud Ægyptios curant ea exercitio a maioribus tradito funeris impensam domesticis demortui ferunt scriptam, sciscitantes quanto velint sumptu celebrari funus. Tres enim sepulchrorum, vel funerum erant species, sumptuosa, mediocris et humilis ac tenuis. In primam argenti talentum impendebatur, in secundam minæ viginti, tertia parvi quo constabat sumptu. Eorum vero qui corpus mortuorum curabant alii erant scissores, qui Lapide quodam Æthiopico latus corporis mortui incidebant quo alvum exinaniebant, et purgabant. Hi non solum contempti verum etiam exosi, et execrati erant apud Ægyptios, quapropter facta scissura, inde celeri fuga evadebant valide insequentibus qui ardebant lapidibus cum execratione in eos iacentibus, scilicet existimantibus amici corpus violare, illato

Herodot. lib. 2. apud Perer.

D. odor. ... Perer.

Ille

ero ab [illegible]. Alij erant corporum curatores, quos appellabant Libitinarios magna tunc in existimatione, et honore. Lege Perinum in cap. 5 o Dent. qui addit Romanos Libitinarios appellasse eos qui habebant, aut vendebant quae ad pompas funebres erant necessaria vel qui curam habebant sepeliendorum funerum tracto nomine à Libitina Dea, in cuius aede asservabantur, quae ad instructionem funebrium comparanda erant necessaria. Addit autem habuisse Libitinarios domi servos quorum opera utebantur ad pollinciendum, hoc est ad abluenda, ungenda, et curanda cadavera qui Pollinctores nominabantur à polliendis cadaveribus. Designatores autem dicebantur, qui ordinabant pompam funebrem, cuique locum, et modum incedendi praescribentes. Haecusque ex Perinio. Et quidem Pollinctorum mentionem facit Plautus Parasitus in Asinaria scen. Sine tu an. ... uxore, eiusque morte audita, tamquam esse exanimatum, et paene mortuum significaturus exclamat Equis currit Pollinctorem accersere. De vendentibus autem, vel locantibus necessaria funeribus meminit Seneca lib. 6. de beneficijs cap. 38. Demades, inquit, ... Athenis eum, qui necessaria funeribus venditabat, damnavit, cum probasset magnum lucrum optasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat. et eodem capite paulo infra Designatores, et Libitinarios commemorat, eiusque [illegible], aliorum scilicet morte lucrandi vos facit. An tu, ait Arruntium, et Haterium, et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quae Designatores, et Libitinarios vota. Intererant quoque et alij huius farinae homines, funerum ministri, ut Vespillones, Sandapilones; Quorum ministerio non nobiles, sed plebei et qui funebrem pompam instituere haud poterant, utebantur. Erant hi funerum baculi, Vespillones dicti, ea [illegible] non à ministerio illis indulgentur, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt ait Festus ut à Ioanne Kirchmanno de Funeribus Roman. lib. 2 cap. ... Sandapilones quoque à Sandapila quae erat ignobilium et damnatorum loculus.

sive

Plautus apud ... Seneca de Benef. Festus apud Kirch.

Hoc insinuat Suetonius lib. 12. cap. 17. ubi ait Domitiani extincti cadaver populari sandapila per vespillones exportatum. Sed iam ab [illegible] [illegible]risque ministris ad ornamenta cadaverum propius accedamus.

Nuda [illegible] cadavera et nuda terrae committere nulla natio quae inter cultas recenseatur passa est. Hebraeos quidem mortuos indumentis [illegible] operuisse et linteis colligasse habemus ex Joanne cap. 19. ubi corpus Salvatoris ligatum linteis sicut mos est Judaeis sepelire et sindone munda involutum fuisse testantur Matth. 27. et Marc. 15. Ipse etiam Joann. cap. 20 testatur ingressum sepulchrum se vidisse linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius. Lazarus quoque fasciis manibus, et pedibus, et vultu sudario alligatus. Et statim prodiit, ait idem Joan. cap. 11, qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis et facies eius sudario erat ligata. Tempore Job, qui antiquior 170 [illegible] fuit, [illegible] quae ante legem scriptam vixerunt cadavera neque ad nuditatem [illegible] [illegible] sindone aliove [illegible] [illegible] verum propriis vestibus videntur fuisse induta, si credimus Origeni qui sensit in illud Job cap. 1. 20. Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua [illegible] [illegible] morem veterum vestes cadaverum [illegible] ne [illegible] ad eas rapiendas alliceret. Sunt eius verba apud [illegible] Œconom. cap. 4. lib. 2. Scidit vestimenta sua [illegible] dicens ad ipsos adversarios [illegible] malignus, atque improbissimus adversarius mortuum me existimatis, et in terram me sepelire paratis. Si ergo me mortuum existimatis [illegible] in [illegible] [illegible] meam sepulturam [illegible] [illegible] atque [illegible] meas vestes, ut nec [illegible] mortem gaudeatis eas possidentes. Puto quod ex illo convenerunt homines, ut [illegible] vestem ad sepulturam [illegible] morienti [illegible] eam, ne aliqui videntes, et ipsum corpus proiiciant et ipsam [illegible] vestem [illegible] possideant. Verum haec forte per anticipationem dixit Origenes et sui temporis morem potius, quam Jobi exposuit. [illegible] dem non hanc conditionem [illegible] [illegible] Job [illegible] videtur ex eo quod numero sequenti statim addit: Nudus egressus sum de utero matris meae et nudus revertar illuc.

Aue. i... mortuos tam Graecos, quam Romanos ex sepulcralibus tabulis.
Lucianus, de Luctu a Kirchmanno lib. 1. c. 10 citatus alludens veterum singularem super-
stitionem existimantium mortuos in inferis sine calceis vigere, et frigore confi-
cere [illegible] calceis adhaerentes ne algeant per viam, ne ut vid. Lucianus
conspiciantur a Cerbero. Sed longe aliud sibi proponebant Romani sive in mor-
tuis vestiendis, videlicet ut conditionis insignia, ingenuitatis, nobilitatis vel digni-
tatis exequiis monumenta praeferrent. Testatur hoc Polybius lib. 6 apud Kirchman-
num lib. 1. cap. 4. his verbis. Ubi autem praeclarus aliquis ex civibus obijt, in- Polybius apud Kirchmannum
stituunt funeris apparatum, et circumferri qui similes magnitudine et statura
videntur, vestes capiunt. Si Consul, vel Praetor fuit purpura praetextas, si
Censor purpureas, si triumphalis auro intextas. Et Livius lib. 34. Purpurati. Livius
[illegible]
viri utemur praetexta in magistratibus, in sacerdotijs, nec id ut vivi
solum habeant insigne, sed etiam ut cum eo cremerentur mortui. Communiter
autem mortui toga amiciebantur. Juvenal. sat. 3. Pars magna Italiae (nota de admittimus) ingens Juvenalis

Nemo togam sumit, nisi mortuus ...

In magna parte Italiae admittimus factum, ut non nisi mortui togam induerent; non
tamen Romae. Romanorum enim communis vestis toga erat unde Romanos gentem
togatam appellavit Virgilius. Vestes hinc, quae mortui tegerent, tanta cura
fuit apud veteres, ut paratas ante mortem sibi haberent. Sic Virgilius Aenei-
dos 9. inducit matrem Euryali dolentem non texisse filium veste quam ipsi
ante paraverat magna [illegible] solatio. Nec te tua funera mater

Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi. Virgilius
Veste tegens tibi, quam noctes festina diesque
Urgebam, et tela curas solabar aniles.

Narravit nobis [illegible], non multis ab hinc annis mulierculam quandam
cum audisset in morbo, quo gravabatur fore ut cito moreretur, statim a lectulo
surrexisse (non enim omnibus viribus destituta erat) ad arcam, ut perrexisse inde
induisse vestem, aliaque ornamenta extraxisse, quibus mortua indueretur tan-
ta animi indifferentia, ut non mortem, sed forme nuptias, vel quid simile [illegible].
Verum

Verum parum est vestem sibi parare, cum et ipsa induti mortem quam a manu violenta expectabant, occurrisse, exempla habeamus. Sufficit alterius sexus unicum in medium ferre. Inter foeminas Olympias (sic scribit Justinus lib. 14. in fine) ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali, duabus ancillis innixa, ultro obviam procedit. *[margin: Justinus]*

et paulo infra: Insuper expirans capillis et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Inter viros autem sit Socrates de quo sic scribit Laertius lib. 2 in eius vita. Sic qua cicutam bibiturus erat, Apollodorus ei pallium pretiosum obtulit ut in illo moreretur, et ille, Quid, inquit, num pallium meum vivendi conveniet, et vita functo non conveniet? his verbis innuens se ita ad mortem indutum esse, et quidem propria veste, neque indigus expectasse alienam. Colorem autem togae in ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ iis, qui ab officio, vel dignitati non aliter cogerent, album fuisse puto. Hoc innuit Artemidorus lib. 2. cap. 3 apud Kirchmannum lib. 1. cap. 10 dum ait: Aegrotanti albas habere vestes mortem denotat. Propterea quod mortui in albis vestibus efferuntur. Et Homerus in 18 Iliad. de Patrocli funere loquens paucis his verbis hoc factum indicat. Poetae verba ibidem recitat in Latinum versa Kirchmannus *[margin: Laertius; Artemidorus apud Kirchm.; Homerus apud eundem Kirchm.]*

In lecto autem imponentes linteo subtili texerunt
a pedibus ad caput, desuper autem alba veste.

Sed a vestitu discedentes reliquum mortui cultum expediamus. Inter caetera cadaveris ornamenta erat et corona. Non est hoc vestrum in dubium praecipue circa eos, qui in vita aliquando corona donati fuerant, ut constet ex Lege duodecim Tabularum a Plinio lib. 21 cap. 3 relata hoc sancitum fuisse. Joannes Kirchmannus quem in hac re ducem sequimur, in lib. de Funeribus Romanorum lib. 1. cap. 11 affert verba huius legis iuxta emendationem Ursini, et ea explicat. *[margin: Plinius hist.]*

explicat. Sunt verba Legis: QVEI. COROnAM. PARET. IPSVS. PECVNI-
AVE. EIVS. VIRTVTISVE. DIDITOR. IPSEIQVE. MORTVO. Lex in Tabul.
PARENTALIBVS. EIVS. QVVM. ENTVS. POSITOS. EST. QVO-
MQVE. FORIS. EXTERTOR. IMPOSITA SE. FRAVDED. E-
STOD. Quæ Lex (sequitur Kirchmannus) plurimorum ingenia tor-
sit. sed nihil aliud voluisse videtur, quam ut qui coronam lu- Ioan Kirchm.
dis adeptus esset, ut ipse quoque quod eius nomen ludis revectis voli-
ce à præcone omnibus audientibus pronunciatur (sive equo, sive
quadrigis victoriam consecutus fuisset) eidem etiam mortuo corona
virtute acquisita sine fraude imponeretur non tantum illis septe-
dierum, quibus intus, idest Domi, repositus erat, sed eo etiam die, quo
cum pompa, et ornatu in forum ad Rostra efferebatur. Sed et aliis
mortuis coronas datas fuisse videtur non obscure posse colligi ex Tertullia-
no de corona militis cap. 10. ubi mortuos coronatos indiscriminatim fuit:
Quid enim, ait, tam indignum Deo, quam quod dignum idolo? Quid au-
tem tam dignum idolo, quam quod et mortuo? Nam mortuorum est ita co- Tertullianus
ronari. Neque tamen capita cadaverum redimita coronis erant, sed et
lectum, loculum et ipsum cadaver floribus conspersum aliquando fuisse et
in exemplo funeris Scipionis apud Plinium lib. 21. cap. 3. Florum quidem
etiam populus Romanus honorem Scipioni tantum adhibuit. (Sunt Plinii ver- Plinius lib.
ba). Nec ei fuit in bonis funeris impensa; Asses ergo contulit populus,
ac funus elocavit, quaque parte ferebatur, flores è prospectu omni spar-
sit. Hunc ritum Christiani à gentium cultu descendentes non servant, nisi
in eos, qui sanctitatis opinione decedunt. Parvulos quoque immatura
morte sublatos redimiri corona, et floribus aspergere solemus. Hoc præ- Ritual. Roman.
scribitur in Rituali nostro Romano de exequiis parvulorum, ut capiti
eorum corona ex floribus odoriferis, et herbis aromaticis in signum virgi-
nitatis, et integritatis carnis, ponatur. Hac eadem ratione in obitu pueri
vel non pulsantur campanæ, ut aliis fit, vel non lugubri, sed festivo sonitu pulsantur.
Sic

Sic cadaver conditum et ornatum in Lecto [illegible] collocabant, omniumque oculis exponebant, ut quicumque vellet cernere posset non vi illatam mortem obiisse. A domesticis, consanguineis, vel haeredibus, in quos suspicio illatae violentae cadere posset, factum videtur.

Dio apud Kirch. Hinc Dio lib. 58 Tiberium impetit, quod Liviam neque aegrotantem inviserat, neque mortuam ipse collocaverat. Ad hoc quoque ut ab omnibus cerni posset ad ostia domus mortuum collocabant vel humi, vel si nobilioris, dito usque in Lecto. Humi iacuit Atilius Aviola, ut scribit Valerius Maximus

Valer. Maximus lib. 1. cap. 8 n. 12 de claris ad sepulturam revocatis. In Lecto positus est dives ille apud Persium Sat. 3. . . . tandemque beatulus alto

Persius

Compositus lecto crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit. . . .

Ubi nota cadaveris situm, pedibus scilicet ad portam conversis. Huic positurae

Plinius certe alludit Plinius lib. 7. cap. 8, dum ait: Ritu naturae capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Huic alludit et Seneca epistol. 12 dum Villico suo scribit dixit:

Seneca Conversus ad ianuam, quis est, inquam, iste decrepitus, et merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Unde istum nactus es? Quid te delectavit alienum mortuum tollere? Sermo erat cum villico de ostiario decrepito, ac ob senium fere mortuo, de quo tamquam de mortuo merito ad ostium positum, et foras spectantem dixit, sic situm mortui exprimens. Nostros mortuos in Ecclesiis locamus, si laici sunt

Rituale Roman. pedibus non contra portam, sed altare versus; si Presbyteri, ad populum conversos, et contra portam ut praescribitur in Rituali Romano de exequiis.

Nec deerant in ipsa domo funeris insignia. Romani Piceam et Cupressum ad fores ponebant ad luctum, moeroremque pro mortuo indicandum. De Picea scribit Plinius lib. 16 cap. 10 Picea feralis arbor, et funebri

Plinius indicio, ad fores posita. et idem de cupresso eodem lib. cap. 33 Cupressus Diti sacra, et ideo funebri signo ad domos posita. Has autem arbores pro mortis insignibus habebant, quia excisae non solent renasci, hoc innuentes mortuum omni spe vitae destitui. Apud Graecos domus funestae indicia erant ipsi

capilli

capelli ~~defuncti~~ foribus domus expositi, insuper vas quoddam magnum testaceum quo lustrali plenum, quæ esset à domo non funesta allata, qua se quisque, qui exequias venerat, abluebat. Quod haec è Græcis authoribus depromptum exponit Kirchmannus lib. 1 cap. 14. Additque in confirmationem utriusque ritus versus quosdam apud Euripidem in Alceste, latino datos sic: <u>Non video ante portas, ut lex est, fontana lavacra pro mortuis in porta. Nulla coma præcisa est in vestibulo, quæ accidunt in luctu mortuorum.</u> Kirchmannus / Euripides apud Kirchmannum

Ægyptii alia signa luctus dabant non in domibus exposita, sed in se ipsis. Audiamus Herodotum, et Diodorum utrosque lib. 2., quorum verba vertit Pererius in Daniel cap. 50. disput. 2. Defuncto aliquo domestico et necessario, præsertim alicuius momenti, omnis muliebris sexus familiae caput sibi, et vultum obliniunt luto. Deinde relicto domi cadavere, quæ per urbem vagantes se plangunt, succinctæ, nudatisque mammillis. Alterum ex parte viri, et ipsi expectorati se verberant, lugentque vociferantes, quoad mortuus sepeliatur, circumeunt, interim neque lavantur, neque vinum, aut cibum, nisi vilem sumunt, neque vestibus utuntur splendidis. Herodotus et Diodorus apud Pennum

Hoc ultimum mihi suggerit observantiam quorundam nostrorum rusticorum, qui in signum luctus præsertim coniugii, per annum barbam non radunt. Radenti autem eundem ante annum completum, cæteri illius pagi multis verbis pariter defunctum dilexisse hunc ominantes impatientiam radendi non semel exprobrarunt. Communiter apud nos Catholicos signum funestæ domus inter privatos est ad ostium (quod si ~~[illegible]~~ non plebeium est claudi solet ut tumultus arceatur) opertorium area, in qua ipsum cadaver locatur, ponere. Magnatorum autem domus vestibulum, et limen ostii communiter nigris tegitur. Aulæ autem, cubiculorum, et totius domus ~~[illegible]~~ ornamenta vel tolluntur, vel ad parietem convertuntur, ut aulææ pictæ, strata ~~[illegible]~~ tapetia, stragula aut picta, vel aurata pelles, et si quæ huiusmodi sunt, quibus domorum parietes vestiuntur. In morte Episcopi in ipsius domo hæc fieri præscribitur in eod. Ceremoniale Episcoporum. Ceremoniale Episcoporum

Iam

Jam expletis, quæ funus præcedunt, ea, quæ funus comitantur, danda sunt. Quæ in re ut ordo servetur distincte notanda sunt duo, nempe ipsa elatio cadaveris, et sepultura. Et quoad elationem non nulla quoque sigillatim sunt perpendenda. Quæ ut clarius intelligantur videndæ prius sunt ipsarum funerum diversitates. Duo primaria erant apud veteres funerum genera, Indictivum scilicet funeris et Taciti. Indictiva ab eo, quod indicebantur publice, et cum pompa facienda, Tacita vero quæ sine apparatu et rumore fiebant. Indictivorum meminit inter alios Suetonius in Julio Cæsare cap. 84 funere indicto ~~[illegible]~~ rogus extructus est in campo martio. et Varro lib. 4 de lingua latina. Ex ædibus efferri indictivo funere præco etiam eos dicit qui a tabernis efferuntur ubi dicta a præcone funus indici. Huc pertinet funus publicum, quod aliquando unum est indictivo aliquando si non indicebatur non absimili tamen pompa factum autumo. Hoc magnatorum erat, et divitum, [illegible] publicum funus Syphaci datum a senatu ait Valerius Maximus lib. 5 c. 1 n. 1. Syphacem quondam opulentissimum Numidiæ Regem captivum in custodia Tiburi mortuum publico funere senatus censuit efferendum, ut vitæ dono ~~[illegible]~~ honorem sepulturæ adjiceret. Et Suetonius in Vitellio cap. 3 de eius Patre Defunctum, ait, senatus publico funere honoravit [illegible] et hoc ob[illegible] servatum colligitur ex Laertio lib. 9 in Democrito dum ait [illegible] functum publice sepultum esse. ~~[illegible]~~ Publica autem funera non unius ordinis erant, sed varia pro defunctorum conditione et dignitate ut Prætoria, Consularia, Censoria, Triumphalia, ut ex Polybio supra relato non obscure colligi potest. Funere Censorio tanquam omnium dignissimo [illegible] prosequebantur. Tacitus lib. 4 Annal. de funere Lucilii Longi scribit. Ita quamquam novo homini Censorium funus effigiem apud forum Augusti publica pecunia Patres decrevere. Et idem lib. 6 de funere Ælii Lamiæ ait. Extremo anni mors Ælii Lamiæ funere censorio celebrata ~~[illegible]~~. Hæc de funeribus publicis et indictivis. Tacita autem erant ut dictum est quæ sine pompa fiebant. [illegible] alia

Suetonius
Varro
Valerius Max.
Suetonius
Laertius
Tacitus
Idem

alluserit Seneca lib. de tranquillitate cap. 1. dum ait: Primus modestiam habet funus tacitum. Et Ovidius ex opposito loquens dicebat lib. 1 Trist. Eleg. 3. Seneca

Quocumque aspiceres luctus, gemitusque sonabant, Ovidius
Formaque non taciti funeris intus erat.

Hec quoque vulgaria funera dicuntur à Iulio Capitolino in Antoninum Philosophum. De quo ita sic scribit: Tanta clementia fuit ut et sumptu publico vulgaria funera iuberet ex eo fieri. Sunt etiam huiusmodi quae translatitia dixit Suetonius in vita Neronis cap. 33. loquens de morte Britannici: Postero die, ait, raptim inter maximos imbres translatitio extulit funere. Erant haec communia, et plebeia dicta, quippe quae non nisi humilis fortunae genti fiebant. Inter tacita funera acerba, et immatura recensentur. Utraque recenset Iuvenalis sat. 11. Non praematuri cineres, nec funus acerbum. Sunt qui distinguunt acerbum funus ab immaturo. Quod acerbum sit eorum qui in infantia, immaturum vero qui in iuventute decidunt. Quidquid sit tacita erant utraque. Iulius Capitol. Suetonius Iuvenalis

His de diversitate funerum notatis clarius quae dicenda sunt intelligantur. Et ad elationem cadaveris revertendo invenio à morte octo dies usque ad elationem exivisse, si credimus Servio qui in illud Virgilij Aeneid. lib. 5. Praeterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit &c. sic scribit: Sic cadaver quia apud maiores ubi quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur. Unde est: sedibus hunc refer ante suis. et illic septem erat diebus, octavo incendebatur nono sepeliebatur. Unde Hor. Novendiales dissipare pulveres. Unde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, novendiales dicuntur. Si igitur domi septem diebus cadaver iacet, non nisi octavo ad incensionem effertur. Tantundem autem spatium temporis usque ad elationem datum credo, ut pompa funeris posset rite disponi. Quamobrem tempus huius septem dierum non nisi in funeribus indictivis, et publicis intercessisse autumo. Quandoquidem apparatus et pompam funera tacita non poscebant. Iamque modo supra vidimus ex Suetonio Britannici tacita funera Virgilius Servius

et

et translatitio funere provectum, postero die rogum inter maximas imbr-
[illegible] Tempus autem huius elationis olim noctis erat. Hoc
Vespillones a funere vespere faciendo dicti satis indicant. Servius quoque
Virgilius in illud Virgilianum Aeneid. lib. 11. . . . et de more vetusto funereas ra-
puere faces . . . . sic scribit: Antiqui per noctem cadavera pro funere fe-
Servius rebantur ad faculas. Dixi olim nam quia servatum hoc in funeribus ta-
citis solummodo apparet, videtur in indictivis apud Romanos [illegible] abro-
gatum. Liquet hoc non obscure in funere Britannici, de quo Tacitus
Tacitus lib. 13. Annal. Nocte eadem, ait, necem Britannici et rogum coniunxit pro-
viso ante funebri paratu, qui modicus fuit. et paulo infra huius festi-
nationis Nero dat causam. Festinationem exequiarum edicto Caesar defen-
dit (sunt verba Taciti) id a maioribus institutum referens, subtrahere ocu-
lis acerba funera, neque laudationibus aut pompa detinere. si igitur
cura maiorum fuit oculis subtrahere acerba funera, restat ut indictiva
[illegible] et publica subtrahere cura non esset. Confirmat hoc idem funus
Syllae, quod tanquam intempestivum factum dicit Plutarchus hora nona
Plutarchus cum esset, ait circa finem vero eius a prima luce nubilum caelum quia
expectabant imbrem non nisi nona hora extulerunt cadaver. si
ergo elatio intempestiva dicitur hora nona videtur tempestiva et oppor-
tuna fuisse horis antenonariis puta matutinis, vel meridianis. Nec
deest aliud huius rei argumentum. Nimirum Juliani Imperatoris constitutio quae
Julianus Imperator in Codice Theodos. funera die peracta ad noctem revocat. Reperitur autem in utro-
que codice Theodos. tit. 17. de sepulch. violat. leg. 5 his verbis a Kirchman-
no citatis lib. 2 cap. 2. Efferri cognovimus cadavera mortuorum per confer-
tam populi frequentiam. Quid enim dies vere auspicatus a funere? aut quo-
modo ad deos et templa venietur? ideoque quoniam et dolor in exequiis
secretum amat, et diem functis nihil interest utrum noctu aut die ef-
ferantur liberari convenit populi totius aspectus ut dolor esse in funeribus,
non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur . . . . . Verum

Verum quia funera antiquitus nocte fiebant, eorum fa-
cium hinc processit. Quod autem olim necessitas induxit, postea studium
antiquiorum rituum retinuit. Hinc funera à funalibus accensis etymon
trahunt. Usum facium in veterum funeribus ostendere supervacaneum prope
videtur, cum innumera testimonia hinc inde in scriptoribus passim re-
periantur. Duo vel tria adducere contentus ero. Tacitus annal lib. 3 de- Tacitus
quo ultimque Augusti tumulo inferebant (erant) collucentes per campum
Martis faces. Quod vero usus facium et in nuptijs erat, ut eas saepius
id satis superque ostendimus, ipse utrique usui inservierunt faces. Ovid.
in epistol. Cydippes Acontio. Et face pro thalami fax mihi mortis adest Ovid. Heroid.
Martialis quoque lib 8 Epig 43 Effert uxores Fabius, Chrestilla maritos Martialis
Funeream toris quassat uterque facem
Persius candelas vocat Sat. 3. Hinc tuba, candelae etc. Fiunt hae, inquit, quae ex Persius
scirpis factas dicit Plinius lib 16 c 38 Scirpi fragiles, palustresque e quibus Plinius
detracto cortice candelae luminibus, et funeribus serviunt. Sed in funeribus
Acerbis, et Immaturis cereos usos veteres colligo ex illorum verbis libri Senecae
de brevitate vitae Quorundam vero, ait, disponunt etiam illa, quae ultra vitam
sunt, moles magnas sepulchrorum, et operum publicorum dedicationes, et ad Seneca
rogum munera et ambitiosas exequias. At mehercule istorum funera tam-
quam minimum vixerint, non ad faces, sed ad cereos ducenda sunt. Ubi
funera eorum qui minimum vixerunt, funera hec esse vel acerba vel
immatura quis non videt non ad faces sed ad cereos ab eo deducenda.
In parentalibus quoque, quae mense Februario quotannis fiebant ad mor-
tuorum memoriam faces adhibebant Ovid fast. 2 Conde tuas Hymenaee faces et ab ignibus atris Ovid. fastor.
Aufer: habent alias maesta sepulchra faces.
Nostros ~~Christ~~ Catholicos uti funebres cereorum usu ad sepulturam prosequimur
ex laudabili sanctae ecclesiae Romanae instituto. Quae de usu antiquitus recepto,
semperque servato sollicita ita Parochis in Rituali inhibet Cum autem antiquis- Rituale Rom.
simi ritus Ecclesiastici ut cereos accensos in funere, et exequijs deferre curent ne humandi
non

~~collustrare~~ ritus omittat; et quia aliquando quis ita egenus decedit, ut non sit unde emantur cerei, non patitur tamen sine luminum honore efferri; nam ibidem in Rituali de exequiis iubet Pauperes vero, quibus mortuis

R. nov. Rom. nihil, vel ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur, ac debita lumina suis impensis (si quando Ecclesiae sumptibus) si opus fuerit adhibeant sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia confraternitas, si fuerit iuxta loci consuetudinem.

Tacitus

Neque de luminum honore tantummodo sollicita se pia Mater ostendit, sed filiorum suorum in Christo functorum elationem singulari

Ovid. Heroid. pietatis pompa prosequitur. Hoc ostendunt Confraternitatum, et Religiosorum conventus, hoc Presbyterorum coetus, hoc lugubris cantus ad

Martialis hoc unum institutus. Non moror vero Catholicos amplius describere quae

Persius in die sub oculis sunt Catholicus enim inter catholicos scribo. Satis ad

Plinius rem vero video, quod apud Macrobium in elatione mortuorum cantu usos fuisse

Macrob. in somn. Scipionis memoriae in somn. Scipion lib. 2 cap. 3 ne subis Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium, vel regionum instituta sanxerunt persuasione hac qua post corpus animae

Seneca ad originem dulcedinis musicae, idest ad caelum redire credantur. Equidem et Romani et carmina, quae Naenia dicebant, quaeque a Praeficis cantabant, et Tubicines et Tibicines ad mortuos habuisse possum ostendo. Tubam

Persius in mortuum ~~elatum~~ adhibitam vides et Persius sat. 3 videsis et tuba candelae.

Virgil. Quem Servius Loco notavit etiam scimus in illud Virgiliano ii Aeneid

It caelo clamorque virum, clangorque tubarum

Ovid. Fastor. Servius ibi ne subit Ante enim mortui ad tuba deducebantur, unde Persius hic tuba candelae, tandemque beatulus alto compositus lecto etc. Sed et Tibia ad funera habita Ovidius Trist. lib. 5. Eleg. 1 Tibia funeribus conveniens flens, et Fast. 6. Cantabat maestis Tibia funeribus. Adeoque numerum Tibici-

Fastorum Rituale Rom. num a decem-viris praescriptum. Adde quod edilis pompa qui funeri ivere

Artifices solos iusserat esse decem. His

tis sociabant, quos siticines dicebant, hi enim ad numerum tibiarum taciti cantabant. De his Gellius lib 20 cap 2. Invenimus siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est vita functos, et sepultos, eosque habuisse proprium genus tubae, qua canerent a ceterorum tubicinum proprietate differens quos sicinistas vulgus dicit. Qui rectius locuti sunt sicinnistas littera n gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit saltabundi autem canebant quae nunc stantes canunt. Dixi fœminatim cantasse ad distinctionem Praeficarum, quae ista voce neniam dicebant. Nam praefica erat mulier pretio conducta ad mortuum lugendum. eratque ea, quae cantui funebri praeerat, et cantum dirigebat aliaeque ab eius ore et voce pendebant. Unde istam prius ceteris ac ceterorum direptionem canere oportebat. Festus apud Kirchmannum lib 2 cap 6 ait. Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris plangendi modum. Earum autem carmen Nenia dicebatur. Idem Festus apud eundem Kirch. ibidem Nenia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Praeficae autem distinguebantur a Funeris. hae enim consanguinitate habebant ad mortuo, atque cadaveris curam gerebant. Unde Servius in illud Virgilii Æneid. lib 9. Nec te tua Funera mater produxi. Funera idest funerea. Nam apud maiores funereas dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem: Nam Praeficae sunt planctus principes, non dolores. Funereas autem dicebant, quasi funereas, ad quas pertinet funus. Non absimiles vero apud Hebraeos inven. Etenim Math 9. Tibicines sunt ad funus filiae Principis Archisynagogi. Et carmina ad funus approximata habuisse colligimus ex illo Ezechiel 27.32 Et assument super te carmen lugubre, et plangent te. Carmina autem cuiusmodi memoriae mandata esse ab iis, quae huic officio destinabantur videtur non obscure posse ostendi ex illo Amos cap 5 16. Et vocabunt agricolam ad luctum, et ad planctum eos, qui sciunt plangere. Hunc officio destinatae mulieres conjici potest ex 2. Reg. c. 14 2. misit Joab Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam lugere te simula, et indue te veste lugubri, et ne ungu-

Lib. Gellius

Festus apud Kirch.

ibid.

Virg.

Servius

Math.

Ezechiel

Amos

2 Reg.

ungant oleo, ut sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum.
Ex Hebraeo autem: Quasi mulier lamentans super mortuum.
Sed quaero quae conventio lacrimarum et luctus cum Histri-
onum, et mimorum nugis. Attamen in funeribus illa non hi defuerunt. com-
probatur hoc ex illo Suetonii in Vespasiani cap. 19. In funere Favor Ar-
Suetonius chimimus personam eius ferens imitansque (ut est mos) facta ac dicta
vivi interrogatis palam procuratoribus quanti funus, et pompa constaret,
ut audiit, sestertium centies, exclamavit centum sibi sestertia darent
ac se vel in Tiberim proicerent. Ubi nota mimum officium, imitari scili-
cet dicta, et facta vivi, nomine mortui. Et in Tiberio cap. 57. idem Suetonius
scurram ad funus habet. Scurram, qui praetereunte funere clare mortuo man-
darat &c. Nec uno, quo cadaver efferretur, feretro contenti erant, sed plu-
res lectos habuisse priscos testis auctor est Tacitus lib 16 annal. qui de L. Ve-
Tacitus tere sic scribit. Tres modo lectulos ad suprema retineri iubet. Usum vero
horum lectulorum non alium credo quam ad efferendas maiorum imagines e cera
confectas, quas in armariis sub atriis servatas gentilitia funera comi-
tari faciebant. Plinius de imaginibus decernens lib 35. cap 2. paucis verbis
Plinius hoc totum confirmat. Apud maiores in atriis imagines erant ex cera expressi ce-
ra vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quae comita-
rentur gentilitia funera. Semperque defuncto aliquo totus aderat familiae
eius, qui umquam fuerat, populus. Addebant praecipue in heroum funere
titulos, Hieroglyphica actionum defuncti experimenta, vel victarum urbium
vel arma in victoriis parta, necnon neque ornamenta Romana. Tacitus lib. 1.
Tacitus annal. de funere Augusti ait. Ut porta triumphali duceretur funus Gallus
Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula ante-
ferrentur L. Arruntius censuere. Aeneas in funere Pallantis Virg. lib. 11.
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae Aggerat, et longo praedam iubet
Virgilius ordine duci. Addit equos, et tela quibus spoliaverat hostem &c. Indu-
tosque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.
Ipsos

Officij quoque, conditionisque insignia elata habemus ex Tacito lib 3 Tacitus
qui fasces magistratus insignia ablatos dat in funere Germanici: Igitur
Tribunorum, centurionumque humeris cineres portabantur, praecedebant in= Tacitus
compta signa, versi fasces. Ubi nota quomodo fasces ferebantur, videlicet
versi, et contra situm, quo vivente olim, et magistratum agente ferebantur.
Innuit hoc Virgilius in funere Pallantis Aeneid. 11. et versis Arcades ar= Virgilius
mis. Lugentum more, ait hic Servius, mucronem hastae non ex pede contra Servius
terram tenentes. Iuxta etiam imaginantes propter numina illic dicta, ne
eorum simulachra cadaveris pollerentur aspectu ut nonnullis visum
placet. Nam lugentium mos est prioris habitus immutatio. Non absimilis
ritus usque nunc servatur in morte, et funere eorum, qui literis, vel armis
excelluerunt. Doctores namque, et Magistri feretro libris circumdato efferuntur.
Duces autem militiae legionis vel militibus stipatis, versis ad terram
armis, vexillisque demissis, tympanorum inconcinno strepitu parentantur.

Qui autem erant funerum Baiuli praesertim plebeiorum
iam dictum supra est, vispillones scilicet, at hunc fame hominis. In illustri=
oribus autem, ut censorijs et similibus ab alijs funera elata invenio. Quem=
admodum dictum est ex Tacito cineres Germanici Tribunorum centurionumque hume=
ris asportatos fuisse. Apud Horatium baiulus est heres ex testamento. Satyrarum
lib. 2 saty. 5 . . . . . . Anus improba Thebis Horatius

ex testamento sic est elata: Cadaver

Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres.

Quintus Metellus Macedonicus apud Valerium Maximum lib 7 cap. 1 de Val Max
felicitate a senex a filijs effertur quorum tres consulares unum etiam censorium
vidit triumphalem et quartum praetorium videret. Extinctum, ait Valerius,
filij, et generi humeris suis per urbem lecto rogo imposuerunt.

Sicut autem distinguebantur Baiuli, ut non nisi plebei,
et qui vulgari funere parentabant, per vispillones efferentur. Ita genus le=
cti non omnibus commune erat lecticis exhibebantur ditiores, et nobiles.
San=

sandapila vilioris, et plebei de Lecticis mentionem facit Tacitus Historiar.

Tacitus lib. 3. post medium Audita defectione Legionis, cohortiumque quae se Narniae de-
diderant pullo amictu palatio digreditur, maesta circum familia; simul
ferebatur Lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam. Vero-
rum meminit Martialis lib. 2. Epig. 81. in Zoilum Laxior exaphoris tua sit Lectica licebit.

Martialis [illegible] Cum tamen haec tua sit Zoile sandapila.
Quem Locum Poetae Domitius Calderinus commentator notat: maximae lecticae

Domitius Cald. dicebantur octophori, quae ab octo efferentur. aliae autem exaphori quae
a sex servis veherentur. Sandapila vero erat feretrum viliorum tantummodo
cadaverum, quae indigna Lecticis putabantur. unde idem Martialis lib. 6 Epig. 73
in Afrum: Non debes ferri mortuus exaphoro. Ubi Domitius sic commentatur
Mortuus pauper et ignavus non debes gestari exaphoro, idest Lectica divi-
tum hominum. Notavit et apud Massilienses Val. Max. feretri discrimen
lib. 2. cap. 6. n° 7. his verbis: Duae etiam ante portas eorum arcae iacent, al-

Val. Max. tera qua liberorum, altera qua servorum corpora ad sepulturae locum
plaustro devehuntur. Inter nostros catholicos non invenio notabilem
feretri differentiam, nisi quod aliqui utantur capsa ad staturam cadave-
ris efformata picta supra nigrum colorem et in quolibet latere cruce
alba quidem si nunquam uxoratus fuit, secus vero rubra. qui colores
quaeque a ditioribus tincta telis, et sericis fasciolis distinguuntur.
Aliqui vero praecipue Religiosi eo utuntur feretro, quod vulgo dici-
mus cataletto ab eo forte sic dictum quod apud Latinos capulus dicitur
quem Graeci ΦΕΡΤΡΟΝ, ex quo feretrum, dicunt. Capulus autem est dictus

Servius eo quod corpus capiat ait Servius in illud Virg. lib. 11 Aeneid. et molle feretrum
Arbuteis texunt virgis &c. Circa Baiulos quoque nec grande dis-
crimen est. Communiter sunt e plebe viliori homines huic muneri desti-
nati. In rituali Romano de exequiis sic praescribitur: Laici cadaver quoli-

Rituale Rom. bet generis, aut dignitatis titulo praediti, ubi fuerit Clerici ne deferant, sed Laici.
Mos est nostrae civitatis, inter populares vel saltem ut puellae puellas nubilem in albo deferant.
Nov.

Narrat Bernardinus Scardeonius lib. 2. class. 8 de rebus Patavinis relatus à Menochio in Oeconom. lib. 7. cap. 13 no 3. quod Ludovicus Corduras Juris-Consultus Patavinus in testamento suo sanciuit ut ad sepulturam cadaver suum efferretur à duodecim puellis viridi sago amictis, quæ in signum lætitiæ argumentum per viam cantarent. Ad hoc etiam statuit vocandos quinquaginta partim cantores, partim variorum instrumentorum pulsatores. Et ut hi omnes concurrerent ad tale funus legavit cantorum et pulsatorum unicuique scutatum dimidium. Puellis autem funeris baiulis congruam propriæ conditioni dotem. — Scardeonius apud Menochium

Color viridis indictus à Corduro Virginibus cadaveris sui latoribus in mentem venire facit quenam color fuerit atrum, quo uti veteres mortuos suos ad sepulturam, vel rogum elatos comitabantur. Ego etiam, atque etiam nigrum credo. Hoc innumera iubent testimonia. Quæ prius quam aliqua referam suggerens in luctu mutatas fuisse vestes. Testatur utrumque illud Ovidij lib. 8 Metam. fab. 4. Cum vidit extinctos fratres Althea referri — Ovid Metam.

Quæ plangore dato mœstis clamoribus urbem

Implevit, et auratas mutavit vestibus atris.

Vocabant autem vestes luctus mortualia, sive Lugubria; hoc frequentius. Item Ovid. lib. 11 Metam. fab. 10. Fuge age da lacrimas, lugubriaque indue — Idem Metam.

Item lib. 4 Trist. eleg. 2. in fine Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam — Idem Trist.

Lugubria igitur nigra erant. Juvenalis sat. 10. hunc vidit mentem habuit

Ded. aetas [illegible] renovata [illegible] — Juvenalis

Semper clade domus, multis in luctibus inque

Perpetuo mœrore, et nigra veste senescant.

Hinc dicebantur sic induti atrati ~~[illegible]~~. Macrob. lib. 3. Satur. ait de Crasso, quod in piscina murænam mortuam atratus tanquam filiam luxit. Et vestes atras pullas dictitabant. Ovid. Metamor. lib. 11. — Macrob. Ovid. Metam.

Obstrusaque carbasa pullo, Naiades, et Dryades passosque habuere capillos. et lib. 6. fab. 4. Stabant cum vestibus atris Ante toros fratrum demisso crine sorores.

51

Et quia de Lugentium coloribus sermo est, non possum ommittere quod de Herode sophista narrat Philostratus in principio lib. 2. de vitis sophistarum, relatus a Menochio in Œconomica lib. 8 cap. 2 n. 2. Mortua huic Regilla uxore accusatur in iudicio a Cognato partem in morte eius habuisse eo quod cum esset octo mensium pregnans iussit Liberto Alcimedonti nomine eam verberari, quod ultra modum faciens, moritur. Herodes ne crederetur necis particeps omnia doloris, amorisque erga coniugem conatus signa dare, Luctumque nedum ultra morem, sed prope ridiculum instituit. Nam atratus domi degit. Parietes atratos fecit nigroque illinit colore. Postes, et ianuas et quicquid domi habebat pullo vestiri [candida et puellarum ornamenta et nigra reddidit] degit. Conabantur amici a dyro luctu removere, sed frustra. Cum quadam die a domo eius recessisset Lucius, qui eum consolatum venerat, sed inaniter, videretque prope fontem Libertos Herodis Raphanos albos lavantes. Cuinam parantur inquit. Respondentibus Herodi. Non albos Raphanos, inquit ei qui in sic atro degit Luctu, sed nigri quicquid sunt, sic vanitatem migrorum eius insultans. Hoc dictum sit ad qualitatem coloris luctus confirmationem. Nostri quoque mos fert, ut per annum in propinquorum et consanguineorum funeribus, per annum autem dimidium plus, minusve prout vicinitas consanguinitatis, affinitatisve petitur, similem colorem in vestibus proferamus.

Sed iam ad alias, et nostri luctus veniamus. Mulieres demittere comas per collum incomptis solutas, quae alioquin vitta colligant. Liquet ex illa sorore Horatiorum apud Livium Decad. 1. lib 1. quae cum esset desponsata uni ex Curiatijs visis in humeris fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, per hoc sponsum mortuum intelligens, soluit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Et Ovid. Heroid. 10. quae est Ariadne Theseo: Aspice demissos lugentis more capillos. Verum parum est demittere; Lacerabant comas. Ovid. lib 6 Metam. fab. 8 Passos laniata capillos Lugenti similis. Cicero lib 3. Tuscul. Quaest. post medium signa doloris exponens affert Homeri versum, Ennique sententiam. Hinc, ait, ille Agamemnon

memnon Homerius, et idem Accianus scindens dolore identidem intonsam comam, in quo facete illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur. Hoc et Persarum consuetudo ferebat. Ad mortem Alexandri dolorem significaturi Persae comis suo more detonsis in lugubri veste cum coniugibus, ac liberis, non ut victorem et modo hostem, sed ut gentis suae iustissimum regem vero desiderio lugebant, ut scribit Q. Curtius lib. 10. c. 4. et paulo infra Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est (intellige perlatam Alexandri mortem) Abscissa ergo veste qua induta erat, lugubrem sumpsit, laceratisque crinibus humi corpus abiecit. Addebant et calvitio pulverem. Catullus in Carm. de nuptiis Pelei et Thetidis sed primum multas expromam mente querellas, canitiem terra atque infuso pulvere foedans. Nec hoc sufficere putabant nisi adderent lacerationes genarum lacertorum, pectoris tunsiones lacrymae querellae in mortem, et in Deos ipsos convitia. Pauca hoc tomo ostendo. Ovidius unico loco [illegible] plura comprobat. Metam. 4 Fab. 9. de Thisbe Percussit indignos claro plangore lacertos

Cicero Tusc.

Q. Curtius

Catullus

Ovid Metam.

et laniata comas, amplexaque corpus amantis
Vulnera supplevit lacrymis, fletumque cruori
Miscuit . . .

et lib. 3 Trist. eleg. 3 comas scissas in luctu habet. Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos. et ibi paulo supra tunsionem, pectoris significationem dixit. Et feriet maesta pectora fida manu. Quod et notavit Virgilius Aeneid 4 in fine ad Annam ad mortem Didonis. Unguibus ora soror foedans, et pectora pugnis. Nec absimilis fuisse Aegyptiorum morem patet ex supra dictis ex Diodori, et Herodoti testimoniis. Sed neque Hebraeorum. Ezechiel cap. 27 ad Tyri ruinam deflendam convertens verba eius interitum sic dicit. Ejulabunt super te voce magna et clamabunt amare, et superiacient pulverem capitibus suis, et cinere conspergentur, et radent super te calvitium, et accingentur ciliciis et flam

Idem ibid.

Virgilius

Ezechiel

plorabunt te in amaritudine animae, ploratu amarissimo. Sed clarius Ieremias cap. 16. v. 6. Et morientur grandes, et parvi in terra ista: Non sepelientur, neque plangentur et non se incident, neque calvitium fiet pro eis &c. In quem locum scribens Hieronymus sic ait. Mos fuit apud veteres, et usque hodie in quibusdam permansit Iudaeorum, et incidant lacertos et calvitium faciant. Notat autem Soprani in tract. quem dedit de Funeribus Hebraeorum cap. 11 apud Honorchium Canon. lib. 5 cap. 2. n. 44. quod hae lamentationes coram cadaver fiebant, deinde subiungit: Aliquando vero cum cadaver vel consumptum ignibus, vel aliter amissum haberi non poterat pro illo vestigium hominis statuebant quod etiam servabatur cum olim defunctis annua iusta persolvebant.

Ieremias

Hieronym.

Soprani apud Canon. Monach.

. . . . . Querelas, et convitia in Deos eiaculabant. Hoc inter alia doloris signa recenset Statius lib. 5. Sylvar. in eo ubi laudat Abascanti in Priscillam mortuam pietatem Nigra domus questu miserumque accusat Avernum

Statius

Coniugis orbati tunc fletu, et sincere vestes,
Et famulos lassare greges, et vincere planctus
Fataque, et iniustos rabidis pulsare querelis
Caelicolas solamen erat - - - - - - -

ubi obiter nota ritum post dolore vestes scindendi. Sed parum erat convitia et querelas iacere in Deos dabant et lapides, aras que evertebant. Liquet hoc clare in morte Germanici ex verbis Suetonii in C. Caligulae vita cap. 5. Quo defunctus est die lapidata sunt templa, subversae Deum arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi quin et barbaros ferunt, quibus intestinum quibusque adversus nos bellum esset veluti in domestico, communique moerore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, et uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. . . . . . .

Suetonius

Ultimum hoc suggerit quod cineres quos lacrymis saepe hic adversus videmus, vaseulo offerri solebant, imponebanturque cadaveri, vel tumulo. Ovid.

Ovidius in epistola Canaces Macareo, Nec mihi te licuit lacrymis perfundere justis — Ī[illegible]

In tua non tonsas ferre sepulchra comas.

Et Metam. lib. 3 fab. 6 ad mortem Narcissi .... Planxere sorores ..... Item Metam.

Naiades, et sectos fratri imposuere capillos.

Seneca quoque Tragicus Hippolyt. act. 5 ad mortem Hippolyti Phaedram sic facit, [illegible]

loquentem: Placamus umbras. Capitis exuvias cape.

Laceraeque frontis accipe abscissam comam.

Huiusmodi igitur erant doloris indicia, quae dabantur in elatione defunctorum, sequebantur deinde [illegible], et [illegible]. Nam in funeribus indictivis quidem aut publicis in forum cadaver ducebatur ibique pro rostris laudabatur funebri oratione deinde ad statutam sepulturam efferebatur. Sic apud Plutarchum in Lucullo Luculli cadaver antequam in Tusculano efferretur concursu facto in foro a nobilissimis iuvenibus elatum fuit. Ad hoc alludit Horatius lib. 1 sat. Plutarchus

.. .. [illegible] At hic si plostra ducenta .... Horatius

Concurrantque foro tria funera. In foro autem quod Romanis orationes funebres habitae, liquet ex Plutarcho [in vita Julii Caesaris cuius funus in foro [illegible] laudavit M. Antonius et [illegible]] in Fabio Max. [illegible] hunc filio amisso orationem quam habuit in eiusdem funere scriptam [illegible] ipse in foro egit. Nota locum nempe in foro et rostra a quo [illegible] nempe a rostris. Laudationes hae funebres tenaciter custoditae praecipue in magnorum morte patet ex funere App. Claudii apud Livium Dec. 1 lib. 2 proxime [illegible] Marco mortuo [illegible] cum collaudatione [illegible] [illegible] convenerunt, [illegible] [illegible] solemni honore supremum diem [illegible] [illegible] et laudationem tam ipsius omnis audivit, quam [illegible] accusationem audierant, at exequias frequenter celebrarunt. Nec feminis honor laudationis denegatus fuit, quem [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] ... Livius 1 Livius

Romanis dando, ne [illegible] [illegible], matronae mundum suum muliebrem [illegible] [illegible]. Livius lib. 5 [illegible] ante [illegible] matronis gratiae actae honorque additus ut earum sicut virorum post mortem solemnis laudatio esset. Livius

Atque in exemplo C. Caligulae apud Suetonium in eius vita cap. [illegible] de quo sic scribit: In Livia Aug.

Suetonius Augustae aviae in contubernio mansit, quam defunctam praetextatus etiam et pro rostris laudavit. Has funebres laudationes orationesque usque nunc et apud nos praecipue in illustrium vel armorum, vel litterarum, vel dignitatis, vel sanctitatis virorum funeribus fiunt, et recolendo actiones, meritaque defuncti et memoriae eius gratitudinis officium tribuitur, et solamen dolentibus ex eius morte hinc praestitur.

Sed iam ad locum sepulturae destinatum veniendum est. Hunc quidem veteres extra urbes invenio. Et ut a Roma exordiar, hic lege cautum erat ne quis humaretur vel combureretur intra urbem. In lege 12 tab. a Cicerone 2. de leg. relata sic praescribitur: Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Aliquando tamen contrarium factum constat ex Servio in illud Aeneid. 11 ductores tollunt in agros urbique remittunt qui sic ait: Hominum antiquae consuetudinis nam ante etiam homines in civitate sepeliebantur. Quod postea Duillio Consule senatus prohibuit, et legavit, ne quis in urbe sepeliretur. Inter Imperatores autem et Antoninus Pius intra urbes sepeliri mortuos vetuit, ut scribit Julius Capitolinus in eius vita paulo ante finem.* Sed non nimis ab urbe dissita esse sepulchra liquet ex Ovid. 3 Trist. 3, qui ad uxorem scribens sic ait:

Ossa tamen facito parva referantur in urna:
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Atque ea cum foliis, et amomi pulvere misce,
Inque suburbano condita pone loco.

*Hinc et bustum dictum, quae animam corpus induit quasi ferale et funebre, intra muros non habeb. sed foras efferri... Cyprian. de vanitate idol. apud Alex. ab Alex. lib. 3 cap. ii.

Immo et aliquando intra ipsam urbem praecipue insignibus viris et bene meritis sepulchra data sunt. Servius loco paulo ante laudato sic addit: Unde Imperatores, et Virgines Vestae quia legibus non tenentur, in civitate habent sepulchra. Denique etiam noxiae Virgines Vestae licet vivae, tamen intra urbem in campo Scelerato obruebantur. Quod nos quoque docet Plutarchus in Numa: Stupro vero corrupta viva ad portam quae Collina dicitur defoditur. Tumulus ibi intra muros terrae est in longum porrectus, Agger Latino sermone vocatur. Sic Quarum quae ob virginitatem corruptam ibidem vivae defoderentur constat

Constat igitur Romae olim intra, deinde non nisi honoris gratia, sed
communiter extra urbem sepulchra fuisse posita. Erant autem in agris, vel   Sententia de [illegible]
hortis, non longe tamen a viis sita. Hoc indicant inscriptiones, quas ad sepulchra
solebant poni: SISTE VIATOR, VIATOR CAVE etc. Huius rei author est
etiam Varro lib. 5 de Ling. lat. qui dat et causam cur secundum viam ponantur
et etymon unde monumenta dicantur: Monere ab eadem, quod is qui monet   Varro
proinde sit ac memoria, sic monimenta quae in sepulchris et ideo se-
cundum viam, quo praetereuntes admoneant et se fuisse et illos esse mortales.   Perotius [?]
Ab eo caetera, quae scripta ac facta memoriae causa monimenta dicta. Et
hunc quidem expressit Virgilius Bucol. eclog. 9 Moeris, cum inducit Lycidam dicen-
tem: Hinc adeo media est nobis via, namque sepulchrum incipit apparere Bianoris.   Virgil. Bucol.
Quod autem in agris facta fuerint patet ex Livio Decad. 1 lib. 6 ante finem
ubi Sextius et Licinius homines plebeii impediunt Patres huiusmodi interroga-
tionibus: Auderent ne postulare ut cum bina iugera agri plebi dividerentur, ipsis plus
quam quingenta iugera habere liceret? Ut singuli prope trecentorum civium possiderent   Livius
agros, plebeio homini vix ad tectum necessarium, aut locum sepulturae suus pateret ager?
In hortis quoque cadavera sepulta fuisse constat ex Suetonio in Vita Caligulae   Baronius Martyrol. [illegible]
cap. 59. Cadaver eius (Caligulae) clam in hortos Lamianos asportatum et tumultua-
rio rogo semiambustum levi cespite obrutum est. Postea per sorores ab exilio re-   Suetonius
versas erutum et sepultum crematumque satis constat, priusquam id fieret horto-
rum custodes umbris inquietatos. Caeterum autem ut Romani non paterentur
intra urbem mortuos sepulturae dari, has causas observabant: Ne sacra pollue-
rentur. Et ne aer contagio infectus fieret, quae ex humationibus cadaverum inveniri [?]
[illegible] naturalis est; quam affert Isidorus lib. 14 Orig. cap. 11 apud Kir-
chmannum lib. 2 cap. 21. Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. Postea   Isidorus apud Kirchmannum
vetitum est legibus, ne foetore ipso corpora viventium inficerentur. Illa autem
erat causa religiositatis. Nam ut idem [?] refert ait idem Kirchmannus: Era-
vant Romani ut pleraque omnes olim gentes in ea opinione, ut crederent   Kirchmannus
quodvis Deorum sacrum tactu vel aspectu aut contactu funeris contaminari.
sic

Sic Tib. Cæsar laudavit filium, quem amiserat, stetit in conspectu posito cor-
Seneca de Consol. pore interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret,
ut scribit Seneca de Consol. ad Marc. cap. 15. Quod factum fuit ut Pontifex as-
pectu funeris non contaminaretur, quippe cuius ministerio aliquod numinis
sacratum erat. Tertiam causam dat Perius ~~et~~ scilicet expugnatione urbis adversariorum cha-
rorum ossa in manus et petulantiae ~~[illegible]~~ inimicorum pervenirent cineres patriae ~~[illegible]~~
urbis sacri [illegible] hostilitate fugandi
~~[illegible]~~, sunt eius verba in cap. Sepulcr. Disput. 4 n° 20
Perius Nec aliud veteresque in maiorum suorum monumenta quærere nostri, quo viva est [illegible]
cum animo a memoria arcerent atque [illegible]. Romæ et in Sanctis
martyrum temporis vetustissimum non servatum est, sepeliendi eos scilicet extra
[...]illius Bud. urbem. Inde in actis martyrum sæpissime legitur a piis matronis corpus eorum
[illegible] in agro suo, in suo prædio sepultum. Cœmeteria quoque extra urbem
erant. Placet hic nonnulla verba nostri Baronij referre, quæ et etymon, et
locum ~~[illegible]~~ ostendunt. Sunt ad 3 Nonas Januarij ad illa Martyrol.
Limos verba in Cœmeterio Calisti in quo S. Anterus Papa dicitur conditus.
Vox notissima est cœmeterium, qua Christiani illum locum dicere consue-
Baronius in verunt in quo piorum defunctorum corpora sepelienda inferantur, inde
Martyrol. deducto vocabulo quod sicut divina scriptura obitum iustorum somnum di-
[...]ultorius cere solita est, eadem significatione locum illum ubi sepelirentur Cœme-
terium hoc est Dormitorium a κοιμάω quod est dormio voluit appellari,
quæ etiam loca modo Concilia sanctorum modo etiam a natura loci denomi-
natione deducta, Arenaria, Cryptæ, Catacumbæ, seu Catatumbæ in veteribus
Martyrologiis appellata inveniuntur. Apud Afros eadem loca Areæ dictæ re-
periuntur. Hæc de nomine Cœmeterij. De loco autem ibidem paulo infra:
[...]aros apud [...]rishmanno Erant autem Cœmeteria omnia vel Areæ extra civitatem posita. In
gentibus etenim Gentilium Legibus ex Leg. XII tabularum nefas erat intra
mœnia mortuum sepelire, id omnia illa iura Gentilium vel rei contrarium
[...]rishmanno usu tum etiam per recentissimam Leonis Imp. novellam constitut. 53. quæ in-
cipit: mea quidem sententia &c. sunt antiquata ac penitus abrogata. Hæc Baronius
loco

Sed et apud Romanos non defuerunt publica loca, in quibus pauperes, et qui propria non suppeterent agri, condebantur, hæc Puticulæ, seu Puticuli dicebantur. De quibus Varro lib. 4 de ling. lat. sic scribit: Extra oppida a Puteis Puticuli, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius ut Ælius scribit, Puticulæ quod putescebant ibi cadavera proiecta, qui locus publicus ultra Exquilias. Itaque eum Afranius Puticulos in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen. Varro

Verum a Romanis ad alias gentes descendo. Athenienses sepulchra habuisse extra urbem liquet ex Epistola Servii Sulpitii ad Ciceronem missa, quæ est Epistol. famil. libr. 4. epistol. 12. ubi scribit Marcellum Pugione a P. Magio necatum se procurasse, ut intra urbem Athenienses permitterent se sepeliendum quod non obtinuit. Locum sepulturæ (sunt eius verba) intra urbem ut impetrarem non potui, quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant. Hoc et Sicyonios observasse liquet ex Plutarcho in Arato, cuius cadaver, Sicyonii tumulandum curabant. cum fato functus esset, contendereque, Achæi illic ut iusta ei monumentaque ex dignitate fierent, calamitosum duxerunt Sicyonii, nisi condendum corpus apud ipsos foret, flexeruntque Achæos ut id permitterent. Quia vero vetus lex humari quemquam intra muros suos vetabat, et gravis adiuncta legi erat religio, Delphos miserunt de consulendo super ea re vatem. Apud Syracusanos extra urbem posita sepulchra colligimus ex Cicerone lib. 5 Tuscul. quæst. paulo post medium, ubi Archimedis sepulchrum quæsisse profitetur. Cuius ego quæstor (sunt eius verba) ignoratum a Syracusanis cum esse omnino negarent, septum undique, et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulchrum. Ego autem cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Agragianas magna frequentia sepulchrorum) animadverti columellam non multum e dumis eminentem &c. Hoc idem notavit ipse Cicero in orat. pro Flacco, quæ est in ordine 19 a Smyrnæis observatum. Sunt eius verba proœmii orationis vellem tantum haberet otii ut posset recitare psephismata Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castricium mortuum Primum ut in oppidum introferretur, quod aliis non conceditur. deinde ut

Epist. Servii Sulpitii ad Ciceronem

Plutarchus

Cicero Quæst. Tuscul.

Idem orat. pro Flacco

ut ferrent Ephebi, pertinuo ut imponerebus aurea corona [illegible]

Ad Judæos porro venio. Non est autem ambigendum eos extra urbes sepulchra habuisse. Colligitur ex cap. 19. Numeri. Si quis in agro tetigerit

Numer. cadaver occisi, aut sepulchrum immundus erit septem diebus. In quem locum scribens [illegible] a Lapide, sic ait: Summa apud Judæos immunditia erat cadaverum, adeo ut tangentes sepulchra essent immundi septem diebus. Hinc ipsi sepulchra habebant non certo tempore, nec in urbibus ne in ea incurrendo pollueren[tur], sed extra eas in agris et locis separatis. Præcessit in exemplum magnus ille Patriarcha Abraham qui ut legitur Gen. c. 23 ad sepeliendam Saram uxorem suam emit ab Ephron speluncam duplicem ~~[illegible]~~ quam habebat in extrema parte agri sui, quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron in terra Chanaan quæ [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] ibi, et filii, nepotesque eius. Nam Jacob Genes. 49. præcepit filiis suis: Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaam quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum, et Saram uxorem eius. Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua. Ibi et Lia condita iacet. Ex Evangelio autem hoc manifestissime colligitur. Luc. 7. 12. cum Jesus appropinquaret portæ civitatis, Naim, ecce defunctus efferebatur. Marc. 5. 5. de [dæ]moniaco ille semper in monumentis et montibus erat in regione Gerasenorum. Joan. 11. sepulchrum Lazari erat extra Bethaniam. Et idem 19. sepulchrum Domini Jesu, quod erat Joseph ab Arimathæa, erat in loco ubi crucifixus fuit nempe in horto non dissito. Matth. 27. Multa corpora sanctorum dormientium

Matth. surrexere et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem. Ex quibus omnibus clare deprehenditur extra civitates fuisse [illegible] sepulchra. Non solum quidem [illegible] sed communia et publica, et pro iis quibus non suppetebat facultas propria [illegible], [illegible] [illegible]

Regum [illegible] illud quod dicitur 4 Reg. 23. 6. Et efferri fecit, Josias, lucum de domo Domini foras Jerusalem in convalle Cedron, et combussit eum ibi et redegit in pulverem et proiecit super sepulchra vulgi. Hæc de sepulchra extra Jerusalem ac

commu

omnibus Hebraeorum, sic ex redditu a Juda proditore pecunia pretio venditi Redem-
ptoris Principes sacerdotum cum eo inito emerunt agrum figuli in sepulturam
peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est ager san-
guinis, ut scribit S. Matth. in Evang. 27.

Non est autem quod hic in re exceptio non intercedat. Nam
communiter quidem in agris, vel montibus extra urbes habuisse Judaeos se-
pulchra ex dictis nunc satis liquet, attamen et in urbibus fuisse certum
est in exemplo sepulchrorum David, et Regum Juda, de quibus in clau-
sula fere uniuscuiusque vitae dicitur Dormivitque Salomon, Roboam, Abia etc. 1. Reg.
cum patribus suis, et sepultus est, vel sepelierunt eum in civitate David ut hic
3. Reg. c. 11. 43. 14. 31. 15. 8. Imo et ipse David dicitur 3. Reg. 2. 10. Dormivit igitur Da-
vid cum patribus suis, et sepultus est in civitate David, hoc est in arce Sion,
de qua dicitur 2. Reg. 5. 7. Cepit autem David arcem Sion, haec est civitas David.
Frater Petrus Antonius à Venetiis de Observantia Reformata in libro cui Frater Petrus Antonius a Venetiis
titulus Guida fedele ad loca sancta, quem edidit Venetiis 1703, testatur
latere dici in Arce Sion usque nunc Davidis sepulchrum reperiri. Ad-
de quod in lib. 1 Machab. c. 13. 25. legitur Et misit Simon, et accepit ossa 1 Machab.
Jonathae fratris sui et sepelivit ea in Modin civitate Patrum eius, etc. ibique
sepulchri structura describitur. Quibus adde et auctoritatem S. Hieronymi, qui in
locis Hebraeis de Modin scribit apud à Lap. in hunc locum Machab. Modin vicus juxta S. Hieronymus
Diospolim unde fuerunt Machabaei, quorum hodie ibidem sepulchra monstran-
tur et Josephi in fine lib. 7. apud eumdem à Lapid. in 3 Reg. c. 2. de David: Josephus Hebraeus
sepelivit eum Salomon Hierosolymis magnifice. Ex his constat non semper ex-
tra civitates à Judaeis sepulchra condita, sed communiter quidem extra, aliquan-
do tamen intra. Quod et in dies videmus fieri. Prout à multis conventibus
nunc extra urbes in quibus degunt sepulchra tenent. Venetiis ad locum qui
Litus dicitur, insula ad duo, vel tria milliaria ab urbe distita, in civitate Goritiae
ii in sylvam duo circiter milliaria distante, in Terra S. Viti pariter extra po-
pulationem similiter, uti et in Tirolio ubi degunt quod scio.
frem

fieri in alijs quoque regionibus. Tantummodo in nostra ciuitate Utinensi (res
notatu digna) intra urbem in loco qui Vindanum Agricola dicitur, sepulturam
tenent. Cuius rei causam ad sciscitatus à quibusdam eruditis amicis fuissem nihil
ad intentum usque nunc comperi. Putant nonnulli, ad Hebraei aliquando Utini degis-
sent locum ibi sepulturae obtinuisse, quod postea servatum est eis etiam po-
stquam ab urbe expulsi fuerunt. Nam cum in visceribus olim ciuitatis
domum habuissent, ex eorum malitia pestis Utini illata est. Quos nequissimum
ex urbe [illegible] anno 1556
animum comperientes Magistratus urbe expulerunt inscripto supra pane-
tem Domus titulo MEMINI ad futuram rei memoriam. Immo his diebus
quibus haec scribo, cum nouiter dealbandam domum eius Dominus curasset, negli-
gentque inscriptionem veterem reponere, à Magistratu, sero Veneti senatus
authoritate cogitur renouare. Ergo in hac re censeo dicendum locum He-
braeorum sepulturae à prima sua institutione intra urbem non fuisse.
Sed extra. [illegible] in hanc sententiam ire suadet ipsa Utini constru-
ctio, et eius dispositio. Nam in hanc uicem ad eam amplitudinem, in
qua nunc cernitur, deuenisse ex historicis nostris clare probatur. Fran-
ciscus Palladius de Oliuis Pro-Patruus meus ex matre lib. 3. ante finem
circa an. ab. U. C. 600 Utinum in spatium quadratum in his portas clausum
Franciscus Palladius redegerat positum. Huius septi fragmenta (sunt enim nostra) aduersus o-
mnem temporis iniquitatem in nostrum quum seruata haud dubiam de vetu-
stissima ciuitatis origine fidem faciunt. Durant haec fragmenta usque
nunc. [illegible]
[illegible] Hoc est primum urbis spatium. Anno autem à Redempt. 1291
Raimundus à Turre Patriar. Aquileien. septuaginta tres, ut ex latere exte-
riori ad occidentem et meridie ciuitatis muris cinxit et quatuor iam
Fran. Palladius [illegible] tandemque Portis clausit. Hoc est secundum teste Francesco Palladio
de Oliuis [illegible], et Patruo meo ex matre Parte i. lib. 2. An-
no autem 1375, ut idem scribit Part. i. lib. 9. [illegible] ulterius exte-
riori angunt muris, à septentrione scilicet, et Oriente. Vindanum au-
tem

tem Agricola, in quo Hebræi sepulturam habent, id est ad septentrionem prope urbis murus. Quia [illegible] annis 1681 antiquam urbe, in qua initio degebant, inde expellerentur, locus ille extra urbem erat. Factum est autem ut crescente eorum numero, area locum illud quod coluerunt, et prajunxit cuiusdam familiæ [illegible] cognomine Agricola murus hunc inde urbis remansit. Et quia addere non poterat undique occlusa, transiere seu Agrorum quas datos fuit, [illegible] convenientibus Hebræis, et promittentibus Ducatum Agricolæ [illegible] quoties mortuum [illegible] illac deferre. Cessavit autem solutio facta in semitula vicina porta, qua ingrediebantur, quæ usque nunc Hebræorum callis dicitur remanente adhuc in scripturis publicis loco illi nomine Viridarium Agricolæ. Hæc ita fuisse de sepulchro Hebræorum, [illegible] satis probabiliter censeo hoc est primo extra deinde intra fuisse, servatumque postea Hebræis ius mortuos suos sepeliendi, ubi maiorum ossa reposuerant. [illegible] mihi ad hanc conjecturam quod lego in Varrone lib. 5. de lingua latina. Describens ille festa Accalia quæ Accæ Laurentinæ fiebant sic ait: Hoc sacrificium fit in Velabro qua in novam viam exitur, ut aiunt quidam ad sepulchrum Accæ, ut [illegible] quod ibi prope faciunt diis manibus serviles sacerdotes, qui uterque locus extra urbem antiquam fuit non longe a porta Romanula. Varro
Hæc ultima verba. Romani intra urbem habuere communia sepulchra ex dictis legibus. At tamen ex nova urbis structione sepulchra extima, intima facta sunt. Hoc igitur ex eadem ratione Urbis Hebræis evenisse credibile est.

Mahometani quoque extra urbes sepulchra habere [illegible] Vincentius Maria a S. Catharina Senensi Carmelita Discalceatus in suo itinere ad Indias Orientales lib. 1. cap. 27. sepeliunt tamen iuxta vias publicas. Quorum autem qui sanctitate vitæ floruerunt et Principum aliquando sepulchra in urbibus magnifica extant. P. Vincentius Maria Carmel.
Cæterorum autem uniformia sunt lapide quadro ad palmum a terra eminente cooperta, [illegible] quæ [illegible] ad caput, et ad pedes [illegible] excellunt, si defunctus est vir [illegible], in eo quidquam [illegible], si mulier nihil ponunt.

[illegible]

Ad pedes in lapide ibidem posito caracteres ~~[illegible]~~ incidunt defuncti nomen, aetatem, diem mortis exprimentes. Locus sepulchri non est communis. Gaudent tamen in eo Palmas, Olivas, Moros, et alias arbores fructiferas ponere, et fructus exinde natos colligere religione quadam ac pietate, quippe qui fructus colligunt cinere mortuorum novum exurgere.

Indorum ~~[illegible]~~ etiam sepulchra idem P. Vincentius lib. 3 cap. 28 extra populationes esse dicit, sive ut convenit dicam combustionis locum. Ager est Massana dictus in quo columna sustollitur, prope quam cadavera comburuntur ministri publici manu, qui etiam carnificis nocentum vices agit. Cineres autem in vase superstites in Gange fluvio proicienda fida aliarum manu procurant.

P. Vincentius Maria Carmelit.

Nunc ad eos qui intra urbes mortuos sepeliunt, venio. Et quo veteres Romanos olim id factum liquet ex dictis supra, quod confirmat Severus in cap. 50. Genes. disp. 4. dicendo: apud Romanos primum in more fuit intra urbem et domum corpora defunctorum condere, tamque hunc extitit religio [illegible] qui ea de causa [illegible] domi [illegible] sic Egyptios, [illegible] Severus ex [illegible] Diodori lib. 2. idem affirmat. Sunt Diodori verba: Sepeliunt quinque [illegible] vel in propriis sepulchris [illegible] quibus ea desunt domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. qui autem crimine aliquo aut foenore [illegible] prohibentur domi absque arca ponuntur, quos [illegible] facti et debita atque [illegible] honorifice sepeliunt [illegible] atque [illegible] magnifice sepulturae [illegible] quoque [illegible] defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori summa [illegible], qui non redimunt sepulturae infamia ob idque sepultura privant. Et ex Herodoto [illegible] Ethiopes [illegible] domi mortuos retinere. Postquam inquit, Herodotus mortuum [illegible] toto gypso induunt picturaque exornantes [illegible] vitrea [illegible] deinde [illegible] mortuus est et facile effoditur, circumdant in cuius medio mortuus introducitur, nihil odoris ingrati aut foedi exhibens. Tunc [illegible] propinqui intra aedes annum tenent offerentes ei omnium rerum primitias hostias

Severius

Diodorus apud Severum

Herodotus apud Severum

Anno

anno exacto efferent, magno cultu statuunt. Verum multo magis in tan-
[illegible] videtur abominatus fuisse vivis mortuos extra urbes sepeliendi, quam
Lycurgus. Sic ut scribit Plutarchus in Lycurgo sepeliendi ritus dispensavit op-
me. Primum omnem animorum superstitionem funerum in urbe extinxit, et ho-
[illegible] ante oculos suos monumenta religiosorum non interdixit, quod nutrirent Plutarchus
[illegible] sacramentis et communes [illegible] ne [illegible], vel horrerent
mortem quasi eos qui feralia attrectant, aut commeant per sepulchra pol-
luat etc.

Ad [illegible] Catholici [illegible] sunt. Non [illegible] abrogata [illegible]
[illegible] tum consuetudine tum ex Novella Leonis constitut. 53 ex [illegible]
[illegible] a nobis supra memorata, nedum intra urbes, et populationes sed in [illegible]
[illegible] non est in coemeteriis, quae [illegible] templa sunt, [illegible] in [illegible]
[illegible] mortuos suos sepeliunt. Immo nunc cautum est ut nemo christianus in com-
munione [illegible] defunctus extra ecclesiam aut coemeterium [illegible] benedictum [illegible]
debeat. [illegible] necessitas cogat [illegible] aliquo eventu aliquando ad tempus aliter
fieri, caveatur, ut quatenus fieri potest corpus in loco sacro quamprimum Rituale Rom.
[illegible] transferatur, et interim semper crux capiti illius apponi debet, ad signi-
ficandum illud in Christo quievisse ut dicitur in Rituali Romano de exe-
quiis. [illegible] tamen ab hac [illegible] sepultura [illegible]
nonnulli, ut sunt se ipsos occidentes, dummodo ex amentia non provenerit, mani-
[illegible] non [illegible] in [illegible]
[illegible], et hi quidem omnes [illegible] sine poenitentiae signis [illegible]
in duello etiam si signa poenitentiae dederint in loco sacro non sepeliuntur.
[illegible] Rituale de exequiis [illegible] non [illegible] publici excommunicati maiori ex-
communicatione nominatim interdicti, et ii, qui sunt in loco interdicto [illegible]
[illegible] a christiana fide [illegible]
Immo sepultura perpetua [illegible] locum in quo fuit sepultus aliquis [illegible]
[illegible] nomen [illegible] fidei
et omnes infideles etiamsi inter catholicos [illegible] non admittuntur in loco sacro.

Sicuti enim sepulturis Saracenorum ~~ait~~ Judæorum Christiani non possunt in-
Concil. Sabinens. terrari Conc. Sabinense c. 22. ~~[illegible]~~ multò minus ~~[illegible]~~ ipsos in nostris
monumentis recipere haud possumus. Tanta autem cura est de locis sanctis in
sepultura fidelium benedictis rem ecclesiæ ut non recumbat ~~[illegible]~~ et
de sepulturis c. Abolenda licet illius vendatorem, cimiterium seu terram vendi non esse ac re-
mittere c. Abolenda. in cœmeteriis quæ prope ~~ecclesias~~ templa sunt data [illegible]
Stat. pace cœperunt mortuos suos Christiani ponere, deinde in ipsis Ecclesiis sibi
suadentes mortuis profuturum, si propius martyrum memorias conderentur, cuius
mentis videtur fuisse vidua illa quam S. Augustinus lib. de cura pro mortuis ge-
renda cap. 1. de qua ad S. Paulinum ita scribit: [illegible] per homines filiæ
Augustinus de cura pro mortuis nostræ religiosissimæ Floræ quærens à me utrum prosit cuique post mortem
quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur. Hoc enim abs te
vidua memorata petierat pro defuncto in eis partibus filio suo, et rescri-
pseras consolans eam idque etiam nuncians de cadavere fidelis iuvenis Cynegii,
quod materno et pio affectu desideravit esse completum ut scilicet in bea-
tissimi Felicis confessoris Basilica poneretur. Quomodo verò hoc mortuis prosit
idem Augustinus eodem lib. c. 4. sic sentit: Non video quæ sint adiumenta
mortuorum (istis huiusmodi sepulturis) nisi ad hoc ut dum recolunt ubi sint posita
eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tamquam patronis susceptos
apud Dominum adiuvandos orando commendent. Quidquid igitur ex hac sepul-
tura [illegible] exspectarent Christiani hoc cœperunt [illegible] ut
omnes ~~[illegible]~~ in [illegible] ætatem edictis compescere sunt in hac re canones
plurimi conciliorum quæ non intra Ecclesiam sed prope muros Basilicæ permit-
Concil. Brachar. tunt mortuos sepeliri. Inter cætera est Concil. Brachar. 1. c. 36. 13. et 2. c. Pla-
Tibur. Nannetens. cuit c. Non censemus Conc. Tibur. 1. c. 17. Concil. Nannetens. 1. c. 6. Greg. 1. lib.
Greg. in dialog. 4. dialog. c. 53. sepeliri tamen intra Ecclesias et Basilicas indulsit Conc.
Conc. [illegible] [illegible] 4. cap. 51; sed magis dispositionibus Ecclesiasticis consentaneum videtur
in cœmeteriis, non intra Ecclesias mortuos condere; nam Rituale Romanum sic ait:
Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in cœmeteriis retineatur, et ubi
fieri

fieri potest vetituum. At vero cui licite sepultura dabitur in ecclesia, huius tamen debere cadavera autem prope altaria non sepeliantur. Adde quod spatium sepulturae aequale sit in tota Ecclesia ut statuit Concil. Mediol. I parte 2 tit. Cons. de sepulturis, apud Laurentium Cardinal. Brancatum de Laurea in sua Epitome Canonum V. sepultio, ubi et Canones super citatos recensat. Et haec de locis, in quibus mortui conduntur, primo satis. Laurentius Card. Brancatus

Hactenus ad locum sepulturae ventum est. Nunc ipsam sepulturam, seu, ut clarius loquar, mortui sepeliendi considerenus. Quae quomodo contigerit, non omnium nationum unica ratio, et methodus fuit. Alij prius mortuos cremabant, alij sine crematione humabant, alij utrumque fugiebant et canibus cadavera lacerranda proiiciebant. Ut descendamus ad singula. Fuerunt quidem omni humanitatis sensu in se ipsos carentes, qui nihil penitus curarent de propria sepultura, ac si se mortuis parum de ea esse curandum existimarent. Memorabile eorum dicta veniret Cicero inquit quaest. Tusc. I. Theodorus Cyrenaeus cui Lysimachus rex crucem minaretur, istis quaeso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis; Theodori quidem nihil interest humine an sublime putescat. Socrates cum de immortalitate animorum disputavisset et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone quemadmodum sepeliri vellet, multam vero inquit operam amici frustra consumpsi; Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum neque quicquam mei relicturum. Verum tamen si me assequi potueris, aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur sepelito. Durior Diogenes et id quidem sentiens, sed ut Cynicus, proiici se iussit inhumatum. Tum amici: Volucribus et feris? Minime vero inquit, sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. Qui poteris, illi? non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Praeclare Anaxagoras, qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri; Nihil necesse est, inquit, undique enim ad inferos ~~tant~~ tantundem viae est. Haec contracte ex Tullio. Sed notum est singulari hominis, quod hac in re philosophia de-

mentaverat potius, quam condierat curam cadaverum mortuorum ita neglexisse. Su-
pervacuus sane est in hoc diversus sensus inter plurimas nationes integras. Cicero lib.
eodem iaculo infra, variorum eandis errores, verumtamen liceat condunt Ægyptij mor-
tuos et eos domi servant Persæ etiam cera circumlitos condunt, ut quammaxime
permaneant diuturna corpora. Magorum mos est non humare corpora suorum,
nisi a feris sint antea laniata. In Hircania plebs publicos alit canes, opti-
mates domesticos, nobile autem genus canum ... sumus esse. sed pro sua quis-
que facultate parat a quibus lanietur eamque optimam illi esse censent sepul-
turam. Sed plura dabit Silius Italicus lib. Punicorum 13. apud Peruvium in c. Senec. 50
disput. in . . . . Namque ista per omnes

Discrimen servat populos, variatque iacentum
Exequias, tumuli, et cinerum sententia discors
Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera,
Exanime obscenus consumit corpora vultur.
Regia cum lumen posuerunt membra probatum est
Hircanis adhibere canes. Ægyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, et a mensis exanguem haud separat umbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, et longum myrrhata reponit in ævum.
Quid? Qui nuda Garamantes arena
Infodiunt? Quid? qui saevo sepelire profundo
Exanimos mandant Libycis Nasamones oris?
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, et mensis ea pocula servant.
Cecropidæ ob patriam Mavortis sorte peremptos
Decrevere simul communibus urere flammis,
At gente in Scythica, suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit putri liquentia tabo.

Sed efferatos mores perstringamus. Videamus tantummodo cur Persæ, et Ægyptij defunctorum corpora non cremaverint, quod ab ethnicis barbaris passim factum hic infra indicabimus. Herodotus lib. 3. apud Persarum [illegible] rationem affert his verbis: Neque apud Persas, neque Ægyptios mos est ut cremari cadavera. apud Persas quidem quoniam illi arbitrantur ignem esse Deum; nefas ducebant cadaveribus pasci Deum, apud hos vero quod persuasum illi habebant ignem animatam esse bestiam et omnia quæ nascuntur devorare, et postquam devoratis fuerit expleta una cum rebus devoratis ipsam quoque emori. Herodotus apud Persas [1]Reges [2]Persarum

Inspiciamus Græci, Romani, et Judæi, apud quos veteris ritus fuisse invenio et humationem et combustionem. Et quantum ad Græcos in testimonium unum dictum ex [illegible] Platonis Phædone: Ut Crito facilius ferat et videns corpus meum aut ~~humo mandari~~ comburi, aut humo mandari [illegible] minime indignetur [illegible] acerba [illegible] eodem [illegible] affirmat hoc Græcorum philosophorum [illegible] de ritu [illegible] quos narravit, [illegible] in [illegible] quid. More tulere patrum &c. his verbis: Nam Heraclytus, qui omnia vult ex igne constare dicit debere corpora in ignem resolvi. Thales vero, qui confirmat omnia ex humore procreari, dicit obruenda corpora, ut possint humore resolvi. De Romanis Plinius lib. 7. cap. 54 docet utrumque et humationem et cremationem apud ipsos locum obtinuisse. Ipsum cremare apud Romanos, ait, non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Et tamen multæ familiæ priscos servavere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus, idque eum voluisse veritum talionem eruto C. Marii cadavere. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus, [illegible] neque unquam [illegible] habuisse [illegible] scriptum, colligo, quamquam [illegible] in c. 50 [illegible] dicat: In populo [illegible] morem cremandi mortuorum corpora nunquam fuisse legimus et quam Plato Phæd. Plinius Servius [3]Heracliti Plinius Ovid. 7. Persius

quantum ad humationem cadaveris Lazari in monumento, et ipsius salvatoris hoc manifeste evincunt, praeter innumera alia, quae consulto omitto. Combustos quoque mortuos exemplis declaro 1 Reg. 31. habitatores Iabes Galaad tulerunt cadaver Saul et cadavera filiorum eius de muro Bethsan, veneruntque Iabes Galaad, et combusserunt ea ibi. 2 Paralip 21. 19. Ioram mortuus est in infirmitate pessima, et non fecit ei populus secundum morem combustionis. Ierem 34. 5. In pace morieris, sed et secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te sic comburent te. Hic igitur nationis utrumque fuisse usum est, et cremasse scilicet, et incineratos humasse. Verum sicut apud Hebraeos certe communem sepulturam humatione factam, et non nisi raro, ut pro [illegible] Regibus, combustione; Ita apud Graecos, Romanosque aliquando communiter combustione et non nisi raro humatione mortuos suos [illegible] dedisse sepulturae. ut infantibus et fulgure tactis qui non comburebantur. Plinius lib. 7 cap. 16 Hominem priusquam genito dente cremari mos gentium non est. Idem de Fulguratis lib. 2 c. 56 Hominem ita exanimatum cremari fas non est. Condi terra religio tradidit. Combustionis usus apud Romanos iam Macrobii tempore exoleverat. Nam ipse lib. 7 c. 7 Licet urendi corpora defunctorum usus nostro saeculo nullus sit, lectio tamen docet &c. Catholici vero cadavera incombusta damus. Hispanique ubi censetur combustio ea propter non nisi in haereticos et flagitiosos homines exhibetur a Iudicibus.

Quonam autem modo combustio ista, et qua causa a veteribus fieret, generatim ex propria eandem antiquitatis monumentis in plane deducimus. Causa erat, quia putabant igne spiritum si quis in cadavere vellet impeditus detinebatur, eundem liberari posse, et a detentione vindicari. Hac ex mente Heracliti supra vidimus. Hoc quoque exposuit Ovidius in Eleg. 4 lib. 1 Trist. Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras

ibit, et in tepido deserit ossa rogo; &c

Ritus autem combustionis paulo altius perstringamus.

quae

Quae synonima videntur vocabula Pyra, Rogus, Bustum, signatè distinguit Servius in illud 11 Aeneid. Constituere Pyras, dum ait Pyra est lignorum congeries. Rogus cum ardere coeperit dicitur. Bustum vero iam exustum vocatur. [illegible] apud Kirchmannum lib. 3 c. 1 inter Bustum [illegible] [illegible] ... Bustum ait, proprie dicitur locus in quo mortuus est combustus et sepultus. Diciturque bustum quasi bene ustum. Ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is ab urendo Ustrina vocatur. Sed modo Busta eo quod sepeliuntur sepulchra vocamus. Distinctionem igitur quam [illegible] notarunt [illegible] Grammatici non multi fiat ut ordinate pergamus, sequemur. Et primo videamus constructionem Pyrae, Rogi [illegible], Busti caeremonias, omnia notanda, multa prosequenda.

Pyra [illegible] lignorum congeries [illegible] Pyra [illegible] [illegible], quia [illegible] [illegible] ignis [illegible] flammam [illegible]. Virgilius veterum ritum [illegible] in [illegible] [illegible] lib. 6. v. ...

... aramque sepulchri

congerere arboribus —

... procumbunt piceae; sonat icta securibus ilex

fraxineaeque trabes cuneis et fissile robur

scinditur; advolvunt ingentes montibus ornos. et infra

[illegible] Principio pinguem [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] lib. [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut ardet [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] posita erant ex leg. XII tabul. à Cicero de leg. [illegible] [illegible] Rogum ascia ne polito. [illegible] lex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Plinius lib. 7 [illegible] in rogis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rogis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] ne quis [illegible] [illegible] rogos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Pyrae autem [illegible] figura [illegible] [illegible] [illegible] Virgilius [illegible] ut.

cit. aram sepulchri pyram appellat. [illegible] Servius ibi: Pyram dicit quæ in modum aræ construi lignis solebat. Et Ovidius l. 3. Trist. Eleg. 13. aram quoque appellat: Funeris ara mihi ferali cincta cupresso

Convenit, et structis flamma parata rogis.

Hic pyram aræ nomine voluisse intelligi patet ex circumstantia cupressus, qua pyræ cingebantur. Virgil. 6. Æneid. in funere Miseni:

. . . . . . ingentem struxere pyram, cui frondibus atris

Intexunt latera et ferales ante cupressos Constituunt

[illegible] ex [illegible] ejus, Varro dicit Pyras ideo cupressis [illegible] propter gravem ustrinæ odorem ne offenderetur [illegible] circumstantis corona. [illegible] [illegible] autem [illegible] [illegible] magnitudine, nobiliorque [illegible] ut fuit illa [illegible] Æneid. 6. de qua Virg. Ingentem struxere pyram: humiliorem autem plebes, qualem Ovidius indicat in Ibin: et dare plebeio corpus inane rogo. Hæc distinctio nunc quoque inter Catholicos servatur. Nam illustriores in altiori tumulo, populares et vulgares in [illegible] depressiori in Ecclesia locantur dum ipsis exequiæ fiunt. [illegible] Pyra composita collocabatur super cadaver una cum lecto, in quo elatum fuit, quod simul cum mortuo cremari ait Tibullus lib. 1. eleg. 1. et oscula [illegible]

Flebis et arsuro positum me Delia lecto

Tristibus et lacrymis oscula mixta dabis.

Insuper [illegible] amicæ [illegible] Virgil. Æneid. lib. 4. [illegible]

Collocato autem in Pyra [illegible] [illegible] accendebatur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Plinius lib. 7. cap. 36. [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] magno [illegible] [illegible] [illegible] homines supremum [illegible] [illegible] fore [illegible], et cælo non ostendi [illegible] ut in pyra, quam extruxit Dido, dum sibi mortem pararet, effigiem Æneæ in ea locatam fuisse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] coronat.

[illegible] super exuviasque ensemque relictum

Effigiemque toro locat, haud ignara futuri. Servius ait, [illegible] per hoc exprimitur amoris affectus, [illegible] in [illegible] [illegible] imagine [illegible] [illegible] [illegible]

jam

Sed ad Rogum redeundo est, quem succensum a propinquioribus ma-
nibus parentibus, et facie a rogo aversis, ut non cernerent, ut interpretatur Ser-
vius indicavit innuendo Æneid. 6 in funere Miseni . . . subiectam more parentum
aversi tenuere facem . . . , subiicit succendendi funeris hic: Propinquioribus viris [illegible]
nibus parens hoc debebat officium. Deinde venti invocabantur ut citius Rogum incende-
rent. Propertius lib. 4. Eleg. 7 . . . Cynthiam inducit sic loquentem: Cur ventos non
ipse rogis ingratus petisti? Sed plures ritus huius combustionis ex Homero . . .
Iliade 23 notavit Meursius in Græcorum lib. 4. c. 5. n. 2. Propinqui in funere Patrocli
[illegible] abscissos capillos sibi [illegible] et super cadaver immo in manibus eius
[illegible] ponitur in pyra cadaver, circa quod funeralia fiunt sacrificia, occiduntur
[illegible] mactantur canes, equi, immo et homines, et
in rogum ardentem proiiciuntur, [illegible] quem non accendi [illegible]
Boream, Zephyrum, et reliquos ventos invocantur ut in rogum insufflent [illegible]
libatur quod [illegible] vinum, animam defuncti invocantibus. incendio
completo ossa rubro vino lavantur, quo reliquus ignis extinguitur, et in [illegible]
[illegible] adipe [illegible]. Nec latuerunt Virgilio, aliisque scriptoribus huius
modi, vel similes ritus, qui eos scriptis suis reliquerunt. Animalia mactata
ad funus [illegible] Æneid. 11: Multa boum circa mactantur corpora morti,

Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes.

Plinius lib. 4 Epist. 2 [illegible] Regulum [illegible] in [illegible]
mortuum ad [illegible] rogum canes, aves, quibus [illegible] Habebat
puer mannulos multos et iunctos, et solutos, habebat canes maiores, minoresque, ha-
bebat luscinias, psittacos, merulas, omnes Regulus circa rogum trucidavit, non dolor
[illegible] ostentatio doloris. Homines quoque ad rogum occisos [illegible] Virgil. 10. [illegible]
[illegible] quos mittat umbris Inferias, caeso sparsuros sanguine flammas. [illegible]
[illegible] Tusc. quaest. [illegible] mulieres Indiae [illegible] in rogum [illegible]
[illegible] in India [illegible] cum vir mortuus, in certamen iudici-
umque veniunt, quam plurimum ille dilexerit (Plures enim singulis solent esse nuptae)

quę est vestis, ea saepe prosequentes sui unà cum viro in rogum injungi-
la vesta, multa dicebit. Nec huius vanae amoris defuerunt exempla inter Ro-
Plinius manos. Plinius lib. 30 Duobus itemque Philistinus ait, patronus adeo dilectus
heres omnibus bonis institutus in rogum vivus se iaceret. Hi, qui se iaciebant, quę
iaciebant autem erant odores, unguenta, et quę antromatice vocabant munera,
vestes pretiosas, et similes quicquid carum defuncto in vita fuit. Statius lib. 2.
Statius Sylv. Ipse verò de Lacrymis Etrusci .... Tu largus eoa
Germina, tu messes Ciliciumque Arabumque superbas
Merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto
Aggere missuri nitida pia nubila cęlo.
... autem vereor nos non vitiosa ferenn,
Munera
Virgil. Aeneid. De vestibus autem mentionem facit Virgil. Aeneid. in funere Miseni his versibus
tum membra toro defleta reponunt
Purpureasque super vestes, velamina nota
Conjiciunt
Donatus In quem locum Donatus sic scribit. Vult ostendere velamina vestium, quę vivo
defuncti meritò donatum incendie, harum vestium commemoratione facit
quę ex eo amavisse probatur, quia frequentius his usus est, et inde notę omni-
bus fuerant. Debuit ergo in morte his velari, quas dilexerat cum viveret natura.
... fecit et Dido, nam exuvias quas cupiditate tenebatur affectu ... in rogo
rogo et hos ignis secum consumpsit, ipsaque sibi ultro funerea paravit
... et paulo supra idem Donatus ad illa verba Virgilii ...
... fulgentibus armis sic ait ... nam cum ...
arma cum veteres cremabantur, nec solum hęc, sed cętera, quę habuissent
charissima. Sed quia etiam de reliquiis et cineribus superstitiosa cura erat,
ut videbitur paulò infra, invenio apud Plinium lib. 19 c. 1 ... præcipuè cada-
vera induerent quidam ... posita, quod ex lino, quod vocabat ... fel-
lium confectum erat, quod dicitur igne non consumi. Inventum est, tamen est etiam qd
...

ignibus non absumentur. Regum inde funebris tunicæ [illegible] favilla ab ossibus separat cineres. [illegible] in [illegible], adeoque [illegible] Indiæ [illegible] nascitur, quæ [illegible] [illegible] marantur: vocatur autem a Græcis Asbestinum ex argumento naturæ.

Desiit præcipue Regum, et [illegible] tandem, nam [illegible] huius lini satis inerat non omnibus [illegible] communem fuisse. Igitur satis probabile est [illegible] eadem ita fuisse posita, ut cremati ossa ex situ ab ossibus aliarum materiarum commode legi potuerint. Nam ossa combusta quando satis erat vino abluebantur. Virg. 6. Æneid. Postquam collapsi cineres, et flamma quievit

Reliquias vino, et bibulam lavere favillam.

quod prius in funere Patrocli Homerus narravit, ut supra vidimus.

Hinc ad ossilegium veniebant, et Regus Bustí nomen si [illegible] [illegible] est: inquit Ossilegium est ossium separatio a reliquis cineribus et [illegible] ossibus. Martialis lib. 8. Epig. 85. hoc officium tribuit [illegible], dum in Picentem iocatur, qui [illegible], quos in ore superaverant, excipit, et non [illegible] ipsi sibi ossa [illegible]. [illegible] habuit dentes, pariter quos excipit omnes,

Suetonius in vita Augusti cap 100 de eius corpore [illegible] Reliquias [illegible] primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusque nudis

Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum.

Colligit et [illegible] fragmenta novissima laxi

[illegible] et apposita continuavit humo.

Ossa licet quondam defuncti non legat hæres,

Hoc sibi iam Picens præstitit officium.

[illegible] antiqua nunc effossa [illegible], [illegible] abs [illegible] qui in hæc humique [illegible] fecerint, factum invenio. Hic erat circa rogum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sui [illegible] [illegible]

Decanos rogos, [illegible] supremum funeris ignem

[illegible] in [illegible]. [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Romana ex [illegible] exempla, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Virgil. Æneid.

Martialis

Suetonius

Virgil.

Tunc ut illius gentis mos est, crinium parte truncata informes facies cavis

Jornandes turpavere vulneribus ut praeliator eximius non femineis lamentationibus et lacrymis, sed sanguine lugeretur virili. Et post pauca: ~~In medi~~ In mediis siquidem campis et intra tentoria serica cadavere collocato spectaculum admirandum et solemniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electissimi equites in eo loco, quo erat positus in modum Circensium cursibus ambientes, facta eius cantu funereo referebant.

Dum igitur haec fierent, ossa separata reponebantur et quidem eorum qui peregre a Patria defuncti, in tumulis maiorum sepeliri se voluissent, inde exportabantur. Ovid. Trist. lib. 3 eleg. 3 ad uxorem, ubi ego sum(?) fuerit

Ossa tamen facito parva referantur in urna

Sic ego non etiam mortuus exul ero

Non vetat hoc quisquam, fratrem Thebana peremptum

Supposuit tumulo, rege vetante, soror.

Interea anima defuncti ter invocabatur Virgil. 6 Aeneid. Aeneas Deiphobo in inferis inspecto sic loquentem inducit. Tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem

Constitui, et magna manes ter voce vocavi.

Deinde ossa in urna collocabantur, quod componere dicebant Tibullus lib. 3 eleg. 2 ... ego componi versus in ossa velim. Urnae hae dictae etiam ossuaria ab ossibus et cineraria a cineribus ex quibus, vel quibus ... erant materia pro facultate defuncti, ... fuisse ad ... Patroni Aeneas in funere Miseni Aeneid. 6 Ossaque lecta cado texit Chorynaeus aheno. Lapides autem, et fictiles praeter veterum testimonia experientia ... ... nam in ... nostra ... non multis ab hinc annis duo rustici agrum ... duo ossuaria marmorea invenere, quae ... ... Pater meus ... Huiusmodi urnas sicut et fictiles passim in Foroliviensi ... ... Urnas fictiles puto easdem, quas ... ... fuisse ex veteribus inscriptionibus ostendit Kirchmannus de funeribus lib. 2 c. 23 et 25.

Urnae

Urnæ, sicut ollæ in sepulchro cum reliquijs condebantur. Et
cum absolverentur Prefica princeps planctus, tanquam discedendi interes-
sentibus hac voce ILICET pronunciabat, quod scilicet ire liceret.
Servius in 6. Æneid. Populi corona unda stabat respondens fletibus
Preficæ, idest primæ lamentum quamdiu comunysto cadaveri, et relictis Servius
cineribus diceretur novissimum verbum, Ilicet, quod ire licet significat. Ante-
quam vero discederent ter aqua aspergebantur, et quasi a pollutione lustra-
bantur. Virgilius tribuit hoc officium Chorynæo in 6 Æneid.

Idem (Chorynæus) ter socios pura circumtulit unda Virgil. Æneid.
Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ
Lustravitque viros, dixitque novissima verba. idest Ilicet

unde ab Ascensio altero Virgilii, interprete vocatur, inquiens Idem Chorynæus Ascensius
Prefictus purgavit ter socios officio funebri pollutos &c. In hoc non obscure
videntur æmulati sanctam quandam institutionem a Domino præscriptam, ut ostende-
ret, quam munditiam sanctuarium suum deceret. Nam Num. cap. 19. non
absimilis lustratio præscribitur. Qui tetigerit cadaver hominis, et propterea asper-
sus hac aqua, scilicet lustrationis e cineribus vitulæ rufæ combustæ confecta
non fuerit, immundus erit. Et paulo infra. Ista est lex hominis qui moritur in taber- Numeri
naculo. Omnes, qui ingrediuntur tentorium illius, et universa vasa quæ ibi sunt
erunt polluta septem diebus. Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam
desuper, immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut
per se mortui, sive os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus.
Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, et mittent aquas vivas ..
per eas in vas, in quibus vir homo mundus tinxerit hyssopum, asperget eo
omne tentorium et cunctam supellectilem, et homines huiusmodi contagio
pollutos. In quibus locis sanctos Cornelius a Lapide nonnullas Hebræorum
superstitiosas observantias recenset ex his, ea ut Iudæi una consuetudine ubi in-
venerant ut quando aliquis moritur in domo omnem aquam quæ erat domi in vasis
effundant extra ostium, quia videant eam esse immundam. Alij rationem asse-
gnant

aqua ex eo quod putent animam de corpore recenter egressam lavari in aqua domus et illam suo tactu inficere. Addunt alii Angelum mortis, idest Satan gladium suum, quo illum hominem interfecit in ea aqua versum lavare. Sed posterius hoc utrumque ridiculum, unus sordidum est et ex hac lege faciendum, si vas non esset coopertum tunc enim coinquinabatur &c.

Sed ad ritus Romanos regredimur. Lustrati igitur, et iam, iam discedentes a funere iterabant defuncto ultimum salve et vale precari. Statius lib. 3. in Lacrymis Etrusci: salve supremum senior mitissime patrum

Supremumque Vale. - - - - - - - - Id quod

prius Virgilius rituum omnium peritissimus admonuit lib. XI Aeneid. ubi Aeneam discessurum a Pallantis funere sic dicentem induxit. Salve aeternum mihi maxime Palla

Aeternumque Vale. -

Ubi Servius: Varro ait, in libris Logistoricis dicit ideo mortuis salve dici non quia aut valere aut salvi esse possint sed quod ab his recedimus eos numquam visuri hinc ortum est ut maledicti significationem interdum obtineant. Ergo cum mortuo dicitur vale non etymologia consideranda est sed consuetudo qua nulli valedicimus nisi a quibus recedimus. Imprecabantur quoque defuncto terram levem. Unde ubique illa inscriptio S. T. T. L hoc est sit tibi terra levis. Huius precationis innumerae feruntur formulae duo tantum seligo. Apud Iuvenalem sat. 7. ubi [illegible] dii maiorum umbris tenuem et sine pondere terram. Martialis inter alia loca lib. 9. Epig. 30 epitaph. Philaenis ex hac precatione iocatur, ut quidem ipsi terra levis sit, ut facile a canibus erui possint ossa eius, sic ergo concludit: Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,

Ne tua non possint eruere ossa canes. De eo autem ista oratio est qua petebant mortuos incantationibus subiectos unde summo terrorque omnes precabantur. Sicuti autem amicis, et charis terra levis, ita inimicis autem gravis ominabatur. Tertullianus lib. de testimonio animae Conversus [illegible] ad caput utrumque recenset Fruedum ergo eras, qui nihil sentis? Quid quod et sentienti maledicis cuius memoria in aliquo offensae motu [illegible]

facer terrae gravem imponeret, et [illegible] ponti inferis tormentis, quae ex omni parte [illegible] gratiae [illegible] et [illegible] refugerunt comprehenderent, et ut bene requiesceret apud inferos cupit. Solebant enim (ut hoc ultimum magis insistam) precari quietem defunctorum manibus et ut hoc exprimerent multi utebantur phrasi, ut illa Nasonis lib. 1. Amor. Eleg. 8 ― ― ― ― saepe rogabis [S. P. B. / Pom.] [Ovid. Amor.]

Ut mea defuncti molliter ossa cubent.

et lib. 3. Trist. Eleg. 3. indicans uxori quod tumulo epitaphium poneret, dareque ei nomen inter cetera sunt [illegible]: At tibi qui transis, ne sit grave quisquis amasti [Idem Trist.]

Dicere: Nasonis molliter ossa cubent.

Et Virgil. Bucol. eclog. 10 ― ― ― ― soli cantare periti

Arcades. o mihi tum quam molliter ossa quiescant. Et [Virg. Bucol.]

[illegible] litteris initialibus [illegible] factum H R I P [illegible] quod Kirch-manus lib. 3. c. 9. sic interpretatur Hic Requiescit In Pace. ~~[illegible]~~ [Valerius Probus apud Kirchman.]

Sed quid quaero? nonne haec quae modo dicta sunt maximam analogiam habent cum ea, quae Ecclesia catholica cum suis defunctis facit. Et enim aspergit aqua tumulos, [illegible] incendit thura, et discedendo a funeratione Requiem aeternam precatur defuncto, aut Requiescat in pace. Vides quantum pia mater, et prudens, fuerit sollicita non omnino tollere ea, quae a Gentilibus [illegible] evellere [illegible] sine [illegible] animarum iactura [illegible] commode poterat, sed [illegible] ea sanctificare, et quae prius superstitione [illegible] religione suggerente, et pietate sanctiore essent [illegible]. Sed notandum, quod hoc votum in pace requiescendi non expectatur tantum a sacerdotibus. Quidam [illegible] hoc [illegible] et inter [illegible] Ulmensi sacerdoti P. [illegible] a [illegible] frater iubebat aspergi aqua benedicta [illegible] Requiem aeternam. Alii hoc votum in sepulcrali lapide [illegible] inscriptionem ponentes: Requiem aeternam dona ei Domine et Lux perpetua [illegible] requiescat in pace. Horum exempla passim videntur [illegible]. In vita S. Angilberti, quam ex Anselmo [illegible]

Monaco sub die 18 Februarii in suis Ephemeridibus recitat P. Hieronymus à Basilica Petri; dicitur quod in detectione cadaveris huius sancti inventa fuit in capite haec inscriptio quatuor ~~titulis~~ monosyllabis: Rex, Lex, Lux, Pax. Alludebant haec Britannico quondam olim facto quod erat huiusmodi: Rex Regum Angliberto da Pater atque suus Rex

P. à Basilica Petri

Lex Legum vitam aeternam illi da; quia tu Lex.
Lux Lucem semper concede illi, quia tu Lux
Pax pacem illi perpetuam dona quia tu Pax.

Sed quia sensim in inscriptionibus sepulcralibus impressimus veterum instituta examini subiceremus. Innumeris propemodum modis inscriptiones ad tumulos, quos monumenta ex eo, quod caracteribus aliquid monerent et suggererent memoriae, unde et antonomastice Memorias, et titulos dicebant, inveniuntur. Nolo me meumque Lectorem exempla congerendo defatigare. Quod faciendum breviter mihi propono est ex iis quae eruditissimus Kirchmannus et quatuor libris, et Appendice de funeribus Romanorum sparsim ex veteribus lapidibus relegit ad intentum suum prout res ferebat corroborandum, interpretationem sepulcralium caracterum exponere. non omnium quidem, quae quis sibi depponderet? sed communium, et magis obviorum. Igitur fere in omnibus huiuscemodi titulis in fronte reperies D. M. vel D.M.S. vel D.I.M. quae sic legas Diis Manibus, Diis Manibus sacrum. vel Sacris. Diis Inferis Manibus. His enim Diis sacrabantur sepulcra. Deinde solet nomen inscribi defuncti. Quod si ipse sibi tumulum paravit in casu recto, si heredes vel filii, vel amici in Dativo legitur. Sed quia nomina non unius ordinis sunt in interpretandis his caracteribus C. M. L. et cet. veritatem edicere est omnino divinare. Quare rectius Caium, quam Cuthum, Marcum, quam Marcum, Lucium, quam Lucius etc. Hoc unum coniicere potes Caium, Marcum, Lucium, et ... inter praenomina consuetudine poni; Nomina vero ubérioribus literis ex... invenies.

Ut M. VARONIUS. Q. CORNELIUS lege Marcus Varronius Quintus Cornelius solebant Patris nomen quandoque exprimere, unde non semel reperies C. F. vel M. F. lege Caij Filius, Marci Filio, ut legendum censeo inscriptionem quod Kirchmannus lib. 3. c. 12. refert. M. TENATIUS C. F. NIGER SIBI ET C. TENATIO P. F. PATRI. DOMITIAE C. F. SECUNDAE MATRI C. TENATIO C. F. PROBO FRATRI T. F. I. i.e. lege Marcus Tenatius Caij Filius Niger sibi et Caio Tenatio Publij Filio Patri Domitiae Caij Filiae Secundae Matri Caio Tenatio Caij Filio Probo Fratri Testamento fieri Iussit sic enim interpretandae sunt tres ultimae literae T. F. I. solebant etiam veteres in inscriptionibus sepulcralibus causam qua talia facerent exprimere. Unde aliquando reperies TEST. P. IUS. vel H. M. S. E. T. F. I. vel H S. i.e. lege Testamento Poni iussit. vel Hoc Monumentum Sibi Ex Testamento Fieri Iussit, vel Hoc Sepulcrum. Si vero Heredes iussi erant facere vel non ii fuissent hoc quoque quandoque exprimebant. Unde reperies H. P. C. vel H. E. T. F. vel F. C. hoc est Heres Ponendum Curavit vel Heredes ex Testamento Fecerunt vel Facere Curarunt Si vero sepulcrum conditum erat causa Legati reperies EX CAUS. LEG. lege Ex causa Legati. Et quia aliquando pecunia propria superstites sepulcra extruebant Parentibus vel amicis hoc quoque non raro notabant, his literis D. S. P. F. C. vel D. S. vel H. D. S. P. B. M. F. lege De sua pecunia Facere Curavit vel De suo vel Heres De sua Pecunia Bene Merenti Fecit. Aliquando etiam numerum summae notabat testator, et Heres si quid de suo addebat utrumque in lapide exarat. Unde invenies quandoque EX TEST. F. I. EX HS. Icc. vel EX TEST. EIUS HS. III. M. N. ET EX SUO AMPLIUS ADIECTIS HS.

HS · III · CCCC · M · N · sic Legas Ex Testamento fieri iussit ex Sextertijs Quinque Mille. Vel ex Testamento eius sextertijs Tribus, Mille Nummum et ex Suo Amplius Addiectis, Sextertijs Tribus, Quatuor centum Mille Nummis., sic ego censeo legendum numeros huius inscriptionis quam ignorasset Kirchmannus lib. 3. c. 12. Sy enim HS sestertium significare nemo negat., sed quia sestertiorum non unica erat species, ideo hic additum valorem autumo. Cornel. a Lapid. in tract. de ponderibus et mensuris dicit duo fuisse sestertiorum genera quae et genere distinguebantur alterum masculino alterum scilicet neutro. sestertius erat quasi semis tertius. de his ad faciendum sestertium neutrum genere declinandum requirebantur mille. cum igitur dicitur sestertium intelliguntur mille nummi sestertiorum. Quia sestertius continebat duas libras et semissem. Quae autem librae et dimidia continebant mille sestertios, siue mille nummos. In supra posita inscriptione credidenm exprimi sestertiorum valorem, hoc est mille nummorum in singulis. et quod sensus sit: ex testamento eius sestertijs tribus quorum unumquodque mille nummorum sit. et ex suo amicus, tribus minoribus sestertijs, addiectis Quatuor centum mille nummis siue sestertijs minoribus. hoc est quatuor centum maioribus sestertijs Nec sumptus hic incredibilis videbitur si in mentem habebitur illud Suetonij in Vespasiano c. 19 in funere tanto centies sestertium impensum est quod ut audiuit Archimimus exclamauit centum sibi sestertia darent et se vel in Tiberim proijcerent. sic nota ex a Lapide citat. distinctione in scriptio. notata. Quod si, ait hunc numerum per adverbium extuleris ad hunc modum decies sestertium iam reddens hanc summam centuplo maiorem Idem enim est dicere decies sestertium ac decies centena millia sestertiorum, sic centies sestertium sunt centies centena, siue decies millena millia sestertiorum. Igitur tria sestertia impendunt in funere Tanto [illegible] quatuor centum sestertia maiora quae non nisi quatuor centum mille nummos siue sestertios minores complectuntur seu proxime

Quod

A Lap. de Pon. derib.

Suetonius

Quod si arbitrio Heredum sumptus sepulchri in testamento sinebant reperies
EX TEST. FAC. ARBITR. HER. et leges ex testamento factum Arbi
trio, vel arbitratu Heredum, vel Heredis. Verum quia non semel Vivi sibi
ipsis sepulcralem domum, et conditorium excitabant, hoc quoque in lapide
incisum invenies nimirum V. F., vel V. F. C. vel V. H. S. F. M., vel V. S. P.
vel V. S. L. M. vel S. V. F., et alia huiusmodi sic leges: Vivus Fecit vel
Vivus Faciendum Curavit, vel Vivus Hoc Sibi Fecit Monumentum, vel
Vivus Sibi Posuit, vel Vivus Sibi Locum Monumenti vel Se Vivo Fecit &c.
Si vero non tantum sibi ipsi, sed alijs etiam sepulcrum fecit, inscribere sole=
bat quos in tumulo suo vellet admitti, quosue excludi unde ipse occurras
hic libere: SIBI. CON. vel VXOR. ET LIB. ET LIBERT. LIBER
TABVSQ. vel sic LIBERTA. Q. POST. EOR. et in fine H. M. H.
N. S. vel H. M. E. H. N. S. sic igitur leges: Sibi Coniugi vel Vxori Et
Liberis Et Libertis Libertabusque Posterisque Eorum. deinde Hoc Mo
numentum Heredes Non Sequitur, vel Hoc Monumentum Extraneos He=
redes Non Sequitur. Nolentes autem alios quam nominatos in suo sepul=
cro poni poenam minabantur unde videbis SI QVIS IN EA ARCA AL=
IVM POS. Q. Q S. S. DABIT COLONIAE NOS. POENAE NOM.
lege Si Quis In Ea Arca Alium Posuerit Quam Quos Supra Scripsi
Dabit Coloniae Nostrae Poenae Nomine &c. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ vel sic Quam qui scripti sunt &c. Indignationem vero Deo
rum, et Isidis inprimis saepius yacienti imprecabantur, hinc aliquando
videbis IN H. S. LIBERT. SIVE LIBER INFR NEMO SECVS
QVI FECERIT MITEM ISIDEM IRATAM SENTIAT ET SVO
RVM OSSA ERVTA ATQVE DISPERSA VIDEAT. lege In Hoc Se
pulcro Libertus Sive Liber Inferatur, Nemo &c. Sed quia locus sepul=
turae etiam apud Ethnicos religiosus erat, illeque solummodo qui corpus a Aro
nemo continerat, ne vetustate sepulcrorum integro solum illum occuparet, quam
in conditorio aroquo status servatur videre ex, inveniebant sic In FR P. etc. in AG.

AG. P. XL. Philippus à Turre inter Inscriptiones, quas in calce recepit
orens suæ de Colonia Foroiuliensi, non nullas habet, quæ tales litteras
continent, et præcipue numero 91º scripta sic habet: L. M. C. VALE.
RI HILARI IN FR. P. XVI. IN AG. P. XXXX. Utrim ex Ag. quod
Auget. sic eam legas. Locus Monumenti Cai Valleri Hilari In Fron
te Pedes Sexdecim In Agrum Pedes Quadraginta. Quid sit in fron
te, et in agro habes ex Kirchmanno lib. 3. c. 21. ubi ex vetere inscr.
iptione in fronte explicat in Latitudine in Agrum in Longitudine. Verum
quia quandoquidem secum in sepulcro bona sua, vel aurum, argentum
nummos &c. veheret inferi, notandum occurrunt hi literis: Q. M. I. ST. B.
ABSC. vel IN. HC. MM. S.P. SN. FN. quas sic legas. In Memoria Sita
Sunt Bona Abscondita. vel In Hoc Monumento Sunt Pecuniæ Sine
Fine. Ad cavendas autem inuriias in propria sepulcra præter signos, et
nominum designationes inscribebant SOM. ÆTER. vel PERP. SECUR.
lege Somno Æterna, vel Perpetuæ Securitati. In Prænominum Nominum
et Cognominum saepissime reperies expressas vel abbreviatas sic H. S. E.
vel H. I. lege Hic Situs Est vel Hic Jacet. Cum vero à filijs Patri,
vel Matri amantissimis sepulcrum condebatur non semel invenies meminis
se Nsere tandem se eos sequi. Sic, VOS EO ORD QUO NAT. PERM.
TE SEQUEMUR. Lege Nos eo Ordine Quo Natura Permiserit Te se
quemur. Addebant quam sæpe testimonia amoris et meriti defuncti, et
proprij doloris. Hinc frequenter in has litteras offendes PAT SANCTIS
vel MAT DULCISS. CON PIEN. ANIM. INNOCENTIS. SCR. K.
vel CHARIS PIIS. FRAT. VXOR CASTIS. AMIC. IUCUNDIS. et
fere semper DE SE OPT. MER, vel B M. quas sic legas Patri
Sanctissimo Matri Dulcissimæ Conjugi Pientissimo Animæ Innocentis
simæ, Soror Karissimæ vel Charissimæ (utrumque enim scriptum invenies)
Pijssimo Fratri, Uxori Castissimæ Amico Iucundissimo et fere semper hæc
reperies de se Optime Merito vel Bene Merito. et subdebant doloris indicia
sic

sic PAR. MÆSTIS. FELICIS. FIL. et lege: Parentes Mæstissimi
Filii Afflictissimi &c. Posuerunt. Invenies etiam non raro expressam
aetatem defuncti Annos, ac menses, dies, et quandoque horas sic. VALER
TROPHIMA FIL. DULCIS. ET PIENTIS. ET FRUGALISSIMO
VIXIT AN. XXIX. MEN. VIIII DIEB. XVI HORIS VII sic le-
gas subintelligendo quae desunt more veterum non omnia verba semper p-
onentium: Valeria Trophima posuit Filio dulcissimo, Et Pientissimo,
Et frugalissimo, Qui Vixit Annis 29 mensibus 9. Diebus 16 Horis 7. In
Uxoratorum autem sepulchris de facili invenies tempus, quo vitam coniuga-
lem duxerunt. sic habes quod Kirchmannus, a quo exempla inscriptionum
fere omnia habeo: MEMORIÆ CLAR. FEM. FIL. L. PEDUCÆ IULIANÆ
MORIB. NATAL. AC PUD. PRISCIS INLUSTRIBUSQUE. FEMI.
COMPARANDÆ. QUÆ VIXIT ANNOS XIII. D. XLVII. CUM MA-
RITO FECIT ME. V. D. XX. L. NONIUS. VER. sic leges, et intelli-
ges: Memoriae Clarae Feminae Lucii Peducae Julianae Moribus, Natali, Ac
Pudicitia Priscis, Illustribusque Feminis Comparandae, Quae Vixit Annos
tredecim Dies quadraginta septem. Cum Marito Fecit (sic aliquando innuens
pro vixit) Menses Quinque, Dies viginti. Lucius Nonius Verus, subin-
telliges posuit vel fecit, vel dedicavit &c. Quod si matrimonium tran-
quillum et clarum fuit, invenies expressum plerumque sic: QUÆ VIX. MEC.
SIN. QUE. vel CUM QUA DULC. F. AN. &c. vel UXOR. IN.
COMPAR. SIN. MACULA. vel SINE IURG. vel S. CONT.
vel SI. OFFEN. SUAVIT. ME. FECIT AN. &c. vel similibus
formulis, hoc sic leges Quae Vixit Mecum Sine ulla Querela, vel Cum Qua
Dulciter Feci Annos &c, vel Uxori Incomparabili Sine Macula vel
Sine Iurgio, vel Sine Controversia, vel Sine Offensa Suaviter
Mecum Fecit Annos &c. Aliquando invenies materiam sepulcri expressam
OS. MEA IN HOC SEP. MAR. vel IN FICT. SARC. vel LAP.
CON. F. vel similia, sic enim lege Ossa mea In Hoc Sepulcro Marmoreo, vel In
[illegible]

~~corpore~~ In Fictili sarcophago, vel Lapideo Condi Iussi: si vero non primo illuc corpus positum fuit, sed aliunde translatum, quia sine translatio haec fieri poterat nisi Magistratu consentiente hoc quoque exprimebant. Unde reperies forte in hunc modum. REL·TRAIEC·EIUS·EX·PER·COL·PON·FACTO PIACULO·vel REL·TRANS·PER TRIB·PL· Quas sic legas. Reliquiae Traiectae Cuius ex Permissu Collegii Pontificum Facto Piaculo vel Reliquiae Translatae Permissu Tribuni Plebis. Repetebantur autem Parentalia stata sive anniversaria. Et sicuti Corona mortui cingebantur, ita solliciti esse iubebant, ut Rosae coronae quotannis ad eorum monumenta inferrentur. Unde saepe reperies. VT·QVOTAN·SVP·AR·NO·ROS·INF, vel AD H·MON·CONF, vel H·SEP·EXOR· sic legas: Ut Quotannis Super Aram Nostram Rosae Inferantur, vel Ad Hoc Monumentum Conferant vel Hoc Sepulcrum Exornent. Saepe autem propriam conditione exponebant. Quae res quam difficilis intelligentia sit cum tantae sint hominum conditiones, et dignitates facile quisque conijcere potest. In aliquibus explicandis feliciter utar Illmo Philippo a Turre antiquarum litterarum et lapidearum caracterum felicissimo interprete. Igitur occurrit ~~antiquarum~~ saepe sic A· RITIUS A· L· lege Aulus Ritius Auli Libertus. Solet enim conditio post nomen suum semper sequi. Dignitates autem Duumviratus, Triumviratus, Quatuorviratus, Seviratus sic expositas cognosces II VIR. III VIR· IIII VIR· IIIIII VIR· hoc est Duumvir, Triumvir, Quatuorvir, Sexvir. Officium autem iurisdictionis sic quandoque habebis IVR·DIC· vel I·D vel IVRID· quod leges Iuri dicundo. Si Pontifex PON. Si Quinquennalis, QVINQ., si Augustalis AVG., si vero has ultimas liberti, uti cultores Deorum vel Imperatorum vel alii magni viri ei essent, non Augustalem sed Augusti lege. Decoratum autem militari, vel militarem dignitatem dices cognoscere ex hac inscriptione: ·ALBVCIUS C·F[illegible] FAL·D·INTIMILI·M CHO·VIII PR·M·A·XVII·V·A·XXXV·H·S·EST· Quae sic

Philippo a Turre [marginal note]

sic interpretatur illud à Turre Caius Albucius Caij Filius Falerina
Domo Intimilios Miles Cohortis Octavae Praetoriae Militavit Annis
XVII, Vixit Annis XXXV Hic Situs, vel Sepultus Est. Aliquando dignitatem
tatem praetoriam invenies, vel autem ITERUM vel BIS. vel Quinque vel BIS. quod vis ITERUM h.e. ...
autem sic ÆD. Aliquando sic invenies Q. TR. PL. Lege Quaestor
Tribunus Plebis. Servorum conditionem his litteris SER. habes intelligere
ut Potentinus SER. FEC. lege Potentinus Servus Fecit. Non semel ex-
ponebant etiam ope ad dignitatem evecti erant, unde reperies postea IIVIR
ÆRÆF. I.D. AB DECVRION. CREA. vel EX POSTVL. POPVLI, vel PO-
PVLI BENEF. vel CONS. lege Duumvir Praefectus Iuridicundo Ab Decurio-
nibus Creatus, vel ex Postulatione Populi vel Populi Beneficio vel
Consensu. Censoriam autem dignitatem sic CEN, Consularem vero COS.
Dictaturam autem Perpetuam D. P. vel DIC. PER. Dignitatem vero IMP.
Equestrem autem duobus modis expressam invenies vel sic: Caecilio Rufino
EQV. lege Caecilio Rufino Equiti, vel EQVO PVB., lege equo Publico
subintellige autem ornatus, vel donatus, vel decoratus. Saepissime enim
in veteribus inscriptionibus verbum omittitur et subintelligi debet. In
militaribus caracteribus significabant Legionem militem exprimebant: Sic
MIL. LEG. VIIII HISP. lege Miles Legionis Nonae Hispaniae. De
unione autem sic. L. FVNDANI RVF. DEC. AQVIL. FVNDANIA ATH
ENAES ALVMNA ET HERES apud à Turre. Lege: Lucij Fundani Rufi-
ni Decurionis Aquileiensis Fundania Athenais Alumna, et Heres.
Ad Dictionem quoque ex animo ... utebantur quoque hac formula, ut a-
vunculum meum ... in hac inscriptione Q. SVLP. VXORI T. NON LVBENS
FECIT. FATVM FECIT lege Quintus Sulpitius Uxori Titulum Non Lubens.
Notabant quandoque post annos ... ut ... quis ...
... LECTVM DVAR CELLA D D ... lege Lectum ...
Dedit, Donavit et in alia inscriptione ibidem Olla. IV. D.D, Lege: Ollas
Quatuor Dedit, Donavit. ... communioribus caracteribus interpretandis sufficiant
Haec

Quaecunque que circa sepulcrum spectabant exponere tentatum est. Iterandum est quae circa [illegible] vetustas [illegible] et ~~[illegible]~~ Pyramidas, columnas, arma, vestes, simulacra et ut a [illegible] exordiar [illegible] horum omnium non habemus exemplum in 1. Machab. c. 13. ubi describitur sepulcrum, quod Simon parentibus et fratribus erexit et aedificavit, ait textus Simon super sepulcrum patris sui et fratrum suorum aedificium altum visu, lapide polito retro

1. Machab. et ante, et statuit septem Pyramidas unam contra unam patri et matri et quatuor fratribus et his circumposuit columnas magnas, et super columnas arma ad memoriam aeternam et iuxta arma naves sculptas quae viderentur ab omnibus navigantibus mare. Hoc est sepulcrum quod fecit in Modin. Sed et Aegypti Pyramides suas ostentant quae [illegible] Regum sepulcra. ~~[illegible]~~ [illegible]

[illegible] apud Plinium que Plinius lib. 36. c. 13 Porsennae [illegible] Etruriae regis sepulcrum describit Pyramidesque columnas [illegible] posita essent. Plinius eodem [illegible] dat sepulcrum Mausoli regis, quod ab Artemisia eius uxore excitatum septem

Plinius [illegible] columnis [illegible] ornandis ut inter ~~[illegible]~~ septem orbis miracula [illegible] potuerit, et Mausolei antonomasticum nomen sortiri a Mausollo ibidem condito idemque tempus [illegible] [illegible] quae [illegible] excitarentur [illegible]. Ad

Cicero Tusc. Quaest. sepulcrum Archimedis [illegible] Cicero lib. 5 post medium se invenisse columnam figuris mathematicis ornatam. Animadverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerant sphaerae figura et cylindri. Sunt eius verba. S. Hieronymus a Basilio Patre in Vita S. [illegible] Taumaturgi [illegible] [illegible] [illegible] quen-

[illegible] dam Theodorum nomine ad Hebreum Magum accessisse, operamque ipsius postulasse pro quodam negotio. Hebraeus manuscriptum in chartam ipsi praebet imponens illi ut imminente nocte ad sepulcra [illegible] [illegible] fundatorum [illegible] atque altiorem columnam conscenderet chartam dilaceraret &c. deinde prodi- quitur quomodo Diabolica potestate [illegible] nequissimus homo plura mala pa- [illegible] tandem [illegible] [illegible] [illegible] (quod [illegible]) columnae ad sepulcra olim posita. Arma [illegible] [illegible] ad tumulum [illegible] [illegible]

[illegible] At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum imponit suaque arma viro remumque tubamque.

(Iis)

Sed qui diu circa hæc sepulcra immoramur, liceat nobis aliquan-
do et ingredi, et manium penetralia scrutari. Invenio quædam cadavera
potius in fossis posita quam sepulta ut in cœmeteriis Pagorum nostræ ætatis
sios nostros facti [illegible] videamus. Huiusmodi erat mos Lavamenti, de quibus
filius Italicus [illegible] abbi laudatus. Et qui veluti viros Lavamenti avena In — *Silius Italicus*
fodiunt (ceterum sepulcra ædificia subterranea erant parietibus distincta et
circumsepta arcuato opere concamerata pavimento lapide strato per aliquot
gradus descensu [illegible] fonibus clausis vel quatis prout
usus requirebat Ioh. Kirchmannus lib. 3 c. 15. Non semel, ut videtur, quæ nos nunc — *Kirchmannus*
facimus. In his si communia erant defuncti, quibus sepulti non impediebant
[illegible] ponebantur. [illegible] Aronia [illegible] quien
[illegible] ad summum etiam eius coniugi servantur, Ianuaria [illegible]
uxor et eorum [illegible] hereditaria autem dicerentur quæ [illegible]
[illegible] et heredibus suis conveniebat vel quæ hereditario iure ad eos. Hinc fuisse
etiam, et Gentilitia dicta sunt, Quorum, scilicet, et maiorum gentis suæ
ibi ossa condantur. Nam videtur à natura insitum [illegible] eorumdem [illegible]
tiones hominis et mortui convenire. Quanquam Iacob Genes. 49 ut in spelunca [illegible]
ea duplici in agro Ephron se reponant mandat, [illegible] quod inibi Abraham Isaac
[illegible] [illegible] conquiescant. Et Berzellai 2 Reg. 19 37 erat David
sic dicere Revertar ut [illegible] servus tuus et moriar in civitate mea et iux- — *2 Reg.*
ta sepulcrum patris mei et matris meæ [illegible]
[illegible] : Et appositus est ad Patres suos.
Verum quinquam mortis domos è tergo habeamus, videndum est si quid
[illegible] in his quæ lectabamus Cadaverum stabula dixit, cautè celatum fuerit.
Aliquando enim hoc factum esse liquet ex inscriptione supra capsulam [illegible]
ST. B. ABS. hoc est. In hac memoria sunt Bona Abscondita. Sed exemplis
fiet clarior, tam [illegible] dictum est vel thesauros et alia [illegible] — *thesauros*
[illegible] veteres [illegible] adventu [illegible] convenderet, ne
in [illegible] sepulcra, [illegible] redderent. Sed audiamus quod a Lapide in-
266

2 lib. 3 Regum Josephus qui in fine lib. 7 de sepultura Davidis sic scribit
Sepelivit eum Salomon Hierosolymis magnifice, inter solemnia illa in Regum
Joseph. hist. funeribus, illatis etiam in monumentum eius maximis divitiis, quarum magnitudinem
[illegible] facile sit coniectare ex hoc quod dicemus, Nam post annos MCCC Hircanus
Pontifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio Demetrii filio, volens pecuniam
ei dare ut abducto exercitu obsidionem solveret nec valens aliunde sumere a
perta cella monumenti Davidis et sublatis inde tribus talentorum millibus, partem
eorumque [illegible] Antiocho numerata oppugnationis periculo se exemit, sicut
alibi indicavimus. Ac rursus post multos annos Herodes rex aliam cellam
aperta magnam pecuniam sustulit. Ad loculos tamen qui regum cineres continebant
nemo eorum pervenit. Singulari enim arte ita erant sub terra conditi, ut ab
ingredientibus monumentum inveniri nequirent. Huiusque Josephus. [illegible]
[illegible] Lapide tem a quo bene haec dicta sit penes Josephum. Tot enim talentorum mul
titudo in sepulcro deposita videtur pene incredibilis, ac colligi [illegible]
potuissent. Xenophon in sua Oeconomica ex lib. 1 Herodoti refert quod se
miramus Babylonis Regina fecit in suo sepulcro, inscriptum est: si cui Re
Herodotus monumentis gum Babylonis post me inventa fuerit pecuniae penuria, aperto sepul
cro sumat quantumcumque libuerit pecuniae duntaxat indigens alias non
aperiat. Non enim melius fuerit. Sepulcrum hoc nemo Regum aperuit usque
ad Darium Hystaspis filium qui inutiliter pecunias inibi servatas credens eum
de clausum aperuit. Verum nihil aliud invenit, nisi aliam inscriptionem quae
sic habebat: Nisi pecuniae esses insatiabilis et turpis lucri cupidus, mortuorum
loculos non aperuisses. Idem Xenophon l. [illegible] c. 3. [illegible]
Plutarchus apud [illegible] in vita Caroli Magni: Repleverunt sepulcrum eius aromatibus, unguentis
et balsamo, et musco, et thesauris multis in auro. Et ut refert apud
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Histor. cap. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ornamentis et
multo auro. [illegible] non esse [illegible] veterum institutum pecunias et aurum
in sepulcra congerere. Attamen adhuc [illegible] [illegible] non [illegible]
Nec

